Bavar. 643 e/5

Hbh
IV 198
Cs 460/5

Beyträge

zur

Geschichte, Topographie und Statistik

des Erzbisthums

München und Freysing.

Unter Beyhülfe mehrerer Mitarbeiter

herausgegeben

von

Dr. Martin v. Deutinger,
Dompropst in München.

H64
I 192 Cs 460 (5

Fünfter Band.

Mit den Grundplänen der Dom- und der Benedictenkirche zu Freysing.

München, 1854.
In Commission bey Joseph Lindauer.
(Druck von Fr. Ser. Hübschmann).

5
348
8 F

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Inhalt des fünften Bandes.

Seite

I. Jos. de Heckenstaller dissertatio historica de antiquitate et aliis quibusdam memorabilibus cathedralis ecclesiæ Frisingensis unacum serie Episcoporum, Præpositorum et Decanorum Frisingensium.
Mit Noten des Herausgebers, einem Anhange von Briefen und drey Grundplänen der Domkirche in Freysing 1

II. Statuta ecclesiæ collegiatæ s. Viti prope Frisingam, anno 1601 approbata 63

III. Friedr. Wimmer's Bibliographie des bayerischen Concordates von 1583.
Mit Notizen über die Publication dieses Concordates und der Concordatsurkunde im Urtexte und in den Uebersetzungen v. 1592 und 1617 93

IV. Zur Geschichte des Schulwesens in der Stadt Freysing.
1. Mart. Heufelder's kurze Schulgeschichte Freysing's . 209
2. Schulordnung vom 7. Jul. 1662 235
3. Geschichte des Gymnasiums, Lyceums und Alumnats 243

Beylagen hierzu:
a. Decretum concilii tridentini (15. Jul. 1563) . . 260
b. Memoriale Florebelli (5. Jan. 1567) . . . 264
c. Bulla Pii PP. V. ad capitulum eccl. colleg. s. Andreae (9. Febr. 1567) 266
d. Epistola Pii PP. V. ad Sim. Thadd. Eckium (11. Febr. 1567) 268
e. Breve Pii PP. V. ad clerum Frisingensem (28. Febr. 1567) 269
f. Breve Pii PP. V. ad Abbates et Praepositos Frising. (28. Febr. 1567) 271
g. Vorschlag des Domherrn Joh. Pfisterer, wie wegen des Seminars in Freysing unterhandelt werden sollte (Apr. 1568) 272

Seite

h. Bericht an den Erzbischof in Salzburg (Apr. 1568) . 277
i. Extractus ex decretis provincialis Synodi Salisburgens. de ao. 1569 281
k. Auszüge aus den Beschlüssen der Salzburgersynode v. J. 1576 285
l. Auszug aus den Protocollen des Domcapitels in Freysing (31. März und 14. Apr. 1598) 286
m. Amussis Stipendiatorum (c. 1599) 288
n. „ „ (1616) 289
o. Obligatio Alumnorum (1616) 291
p. Tabula Alumnorum Frisingensium ab ao. 1589 usque ad ann. 1616 292
q. Literae Stephani, Episcopi Frisingensis, ad Summum Pontificem in causa Schottleriana (3. Jul. 1616) 294
r. Literae ejusdem ad J. B. Crivelli in eadem causa (1. Nov. 1616) 298
s. Literae ejusdem ad Datarium Rotae Romanae in eadem causa (28. Febr. 1617) 302
t. Bulla Pauli PP. V. extinctionis Canonicatus Schottleriani in eccl. cath. Fris. ejusdemque applicationis pro Seminario (9. Aug. 1617) 307
u. Verzeichniß der freysingischen Stipendiaten v. J. 1632 . 314
v. Schreiben des Bischofs Albr. Sigmund an den Churfürsten Ferd. Maria wegen der Seminarconcurrenz (13. Jan. 1663) 315
w. Antwort des Churfürsten (23. Febr. 1663) . . . 316
x. Auftrag des Bischofs an seine geistliche Regierung (23. Febr. 1663) 317
y. Bericht der geistlichen Regierung an den Bischof (2. März 1663) 318
z. Auftrag des Bischofs an das Domcapitel (1. Febr. 1668) 319
aa. Bittgesuch einiger Hofbedienten und Bürger in Freysing um Errichtung einer lateinischen Schule (23. Jun. 1670) . 321
bb. Erklärung des Domcapitels über die Errichtung eines Seminars in Freysing (4. Jul. 1670) 322
cc. Wiederholtes Bittgesuch der Hofbedienten und Bürger ꝛc. (Oct. 1672) 325
dd. Erneuerter Auftrag des Bischofs an das Domcapitel zur Aeusserung über die Errichtung einer lateinischen Schulanstalt in Freysing (17. Oct. 1672) 326

Seite

ee. Antwort des Domcapitels (26. Nov. 1672) . . 328

ff. Consens der geistlichen Regierung zur Anstellung eines Lehrers der Rudimente (18. Dec. 1687) . . . 330

gg. Papst Innocenz XII. dringt wiederholt auf die Bildung eines Fonds für das in Freysing zu errichtende Klericalseminar (13. Oct. 1691) 330

hh. Leges et constitutiones pro Alumnis Seminarii Frisingensis (1691) 335

ii. Fundationsbuch des in Freysing neuaufgerichteten Seminars (1696) 346

kk. Schuldurkunde auf einen Zinsenbezug von jährlich 2300 fl. für das Seminar (24. Jul. 1696) 351

ll. Auszüge aus Meichelbecks Historia Frisingensi, über die durch den Bischof Joh. Franz bewirkte Errichtung einer vollständigen Studienanstalt in Freysing (1697 — 1719) 352

mm. Tractat mit dem Kloster Ettal wegen Uebernahme der Lehrstellen am Gymnasium in Freysing (23. Jun. 1700) 362

nn. Erklärung der bayerischen Benedictiner-Congregation wegen ihres Beytrittes zu dem vorerwähnten Tractate (9. Jul., 1700) 365

oo. Päpstliche Erklärung über die Belegung des Diöcesanklerus mit einer Seminarsteuer (30. Aug. 1710) . 368

pp. Erklärung des Domcapitels über die Verlegung des Communstudiums der Benedictiner-Congregation nach Freysing (19. Dec. 1710) 369

qq. Bischöfliches Generale wegen der Seminarconcurrenz des Klerus (2. Dec. 1711) 370

rr. Landesherrliche Protestationen gegen die Erhebung der Seminarsteuer (13. May u. 11. Dec. 1712, 8. Apr. und 30. Sept. 1713 u. 4. Jul. 1717) 373

ss. Bischöfliche Verordnung über die künftige Unterhaltung der Professoren und Alumnen (17. Dec. 1717) . . 379

tt. Bischöflich-Freysingische Recesse mit Churbayern (31. May 1718, 6. Jul. 1723 und 3. Dec. 1718) . . . 382

uu. Neuer Tractat mit den Benedictinerklöstern (29. Jan. 1720) 399

vv. Uebereinkunft des Bischofs Ludwig Joseph mit den conföderirten Klöstern wegen der Schuldentilgung und der Aufbesserung des Lyceums (12. Jul. 1779) . . 406

ww. Statuta Lycei Frisingensis (s. ao.) . . . 411

xx. Schulgesetze für die Studenten (21. Oct. 1797) . 415

Seite

yy. Bischöfliche Verordnung über die Stellung des Seminar-directors zu dem Regens des Lyceums (23. Nov. 1743) 419

zz. Hausregeln für das Seminar (ohne Datum) . . 422

aaa. Verordnung für das Alumnat vom 24. Dec. 1744 . 432

bbb. Tagesordnung, resp. Statuta für das Alumnat (13. März 1787) 434

ccc. Statuten für die Capellknaben (ohne Datum) . . 439

ddd. Statuten für die Convicteren am Lyceum (ohne Datum) 416

eee. Catalogus Professorum Lycei (1697 — 1801) et Magistrorum principiorum 450

fff. Reihenfolge der Alumnatsdirecteren 480

ggg. Die Scholasterie am Domstifte mit der Reihenfolge der Scholastiker 486

hhh. Verzeichniß von Schullehrern und anderen, um das Schulwesen in Freysing verdienten Männern (nach alphabetischer Ordnung) 527

I.

Dissertatio historica

de antiquitate et aliis quibusdam memorabilibus cathedralis ecclesiae Frisingensis una cum serie Episcoporum, Praepositorum et Decanorum Frisingensium).*

Centesimus jam completur annus ab illo, quo Joannes Franciscus Eckher, Frisingensis piissimae memoriae Episcopus, insigne optimi pastoris exemplar, millenariam ecclesiæ

*) Der Verfaſſer dieſer, i. J. 1824 zur Feyer des eilfhundertjährigen Beſtandes des Bisthums Freyſing in einer Prachtausgabe (52 Seiten in Großfolio mit einem Kupferſtiche und 6 Steindrucktafeln) publicirten Abhandlung iſt der damalige Dombechant des Metropolitan-Capitels zu U. L. Fr. in München, Dr. Joſeph von Heckenſtaller. Er beſtimmte von der geringen Zahl der Exemplare, welche er zu dem bemerkten Zwecke in der Mich. Lindauerſchen Officin in München abdrucken ließ, keines für den Buchhandel, ſondern ſie wurden nur an hochgeſtellte Perſonen weltlichen Standes, kgl. Behörden, einige Academien und Univerſitäten, dann an einzelne Gelehrte und Individuen des höheren Klerus abgegeben. Sie befand ſich daher bis jetzt in wenigen Händen und wird erſt durch den gegenwärtigen, wortgetreuen und auf die Seitenzahlen der Orginalausgabe hinweiſenden Abdruck ein Gemeingut Aller, welche von der freyſingiſchen Geſchichte Notiz nehmen wollen. Die artiſtiſchen Beylagen der erwähnten Auflage, deren einige man im verkleinerten Maaßſtabe nachliefern zu können hofft, ſind:

1) eine Anſicht der Gruft im Dom zu Freyſing (nach Quaglio),
2) ein Grundriß dieſer Gruft und der an die Domkirche angebauten St. Benedictenkirche,
3) eine Anſicht des inneren und
4) eine Anſicht des äuſſeren Portales an der Weſtſeite des Doms,
5) ein perſpectiviſcher Conſpect des Inneren der Domkirche nach ihrem Beſtande v. J. 1721,
6) ein Grundriß des unteren und
7) ein Grundriß des oberen Theiles der Domkirche.

suae cathedralis existentiam (ao. 1724) maxima cum solennitate celebravit*).

Cum vero in ipso hujus ecclesiae complexu et alia, antiquior adhuc, existat, Ludovicus Josephus de Welden,

---

Der würdige Verfasser, zu jener Zeit schon ein hochbejahrter Greis, hatte den Rest seines Lebens zur Ausarbeitung ähnlicher geschichtlicher Dissertationen bestimmt, wozu ihm seine reichhaltige Sammlung von Druck- und Handschriften über das Bisthum Freysing Stoff im Ueberflusse dargeboten haben würde. — Allein sein durch angestrengte Berufsarbeiten geschwächter Körper wurde zu früh erschöpft († 7. Nov. 1832) und selbst die in dieser Abhandlung (S. 3, 24 u. 52) versprochenen zwey Fortsetzungen derselben (eine Sammlung der Grabschriften im Dom zu Freysing und eine Geschichte dieser Kirche v. J. 1803 bis 1821) konnten nicht mehr zum Drucke befördert werden; nur seine Reihenfolge der freysingischen Weihbischöfe ist noch in einem Schematismus der Geistlichkeit des Erzbisthums München und Freysing (in jenem für das Jahr 1830, S. 145—160) erschienen. Die Materialien zur Sammlung der Grabschriften liegen indessen in der domcapitel'schen Bibliothek noch vor und sollen seiner Zeit in diesen Beyträgen, welchen auch die Lieferung einer Biographie des um die Diöcese Freysing hochverdienten Domdechants von Heckenstaller vorbehalten bleibt, mit bedeutenden Zusätzen veröffentlicht werden.

Gleichzeitig mit Heckenstallers lateinischer Dissertation erschien auch eine für das Volk in deutscher Sprache bearbeitete Geschichte und Beschreibung des Freysinger-Doms unter dem Titel: Denkwürdigkeiten der Domkirche Freysing. Dieselbe hatte den Erbenedictiner von Metten, Georg Maurus Gandershofer († in Regensburg den 18. Aug. 1843), zum Verfasser und fand, vorzüglich wegen der beygefügten, zwar kurzen, aber verlässigen Notizen über die freysingischen Bischöfe, die verdiente gute Aufnahme und Verbreitung.

In neuester Zeit haben bekanntlich der Lycealprofessor zu Freysing, Dr. Joachim Sighart, eine wohlgelungene kunsthistorische Monographie des dortigen Doms (Landshut 1851, kl. 8. mit artistischen Beylagen) und Harrer drey Hefte Abbildungen des Chorgestühles der Kathedrale zu Freysing (München 1837, 4°) geliefert. D.

*) Cum P. Romano Zirngibl in eruditissima dissertatione de Ducibus Bavariae ante Carolum M. *(Neue historische Abhandl. der bayer. Akad. Tom. I. pag. 165 in fine et seq.)*, cum Hansizio *(Germ. sacrae Tom. II. p. 59.)* et cum Baronio contra Meichelbeckium asserendum esse videtur, quod annus 1717 potius pro millenario haberi debuisset ipsoque ao. 1817,

zelosissimus aeque Frisingensis Princeps et Episcopus, anno 1772, fide immemorialis traditionis ductus, in saeculi decimi quinti omnino memoriam, plures dies festos in forma Jubilaei, a Clemente PP. XIV. concessi, coram ingentis populi concursu, maxima cum pompa peregit.

Frisingensis nimirum cathedralis tres diversas, successive aedificatas, in se complectitur ecclesias.

I.

„Dudum ante Corbiniani adventum in castro Frisingensi erectam fuisse in Deiparae Virginis honorem ecclesiam, tum ex Aribone constat, tum etiam (ait Meichelbeckius *T. I. P. I. p. 15. §. 8)* ex vita s. Maximiliani demonstravimus".

Ecclesiae hujus pars anterior, in qua altare summum existit, penitus ruinosa, a praefato Episcopo Joanne Francisco funditus restaurata fuit.

Princeps*) hic Episcopus, in perquirendis antiquis documentis, tam domesticis quam exteris, immo et sepulchris et altaribus perscrutandis semper indefessus (cujus manuscripta plures tomos in folio implebant), marmoreum ibi ex adverso altaris in superiori parte monumentum posuit, in quo literis deauratis sequens legitur inscriptio:

CRYPTAM. HANC. A. S. MAXIMILIANO. LAUREACENSIUM. PRAESULE. ERECTAM. A SS. CORBINIANO. ET BONIFACIO. SEDE. EPALI. ET. DIGNITATE. CATHLI. DECORATAM. SS. CORPORUM. OLIM. SEPULTURA. MODO. EXPOSITIONE. CELEBERRIMAM. PRISTINAE. VENERATIONI. ET. CONSECRANDO. VIRGINI. NATAE. RESTITUIT. JOANNES. FRANCISCUS. DEI. ET. APLCAE. SEDIS. GRATIA. EPUS. FRISINGENSIS. S. R. I. PRINCEPS. AO. XTI. NATI. M.DCC.X.

Cryptae nomen posteriori ecclesiae hujus parti praesertim competit; utpote cui presbyterium modernæ ecclesiæ

quo per conventionem inter Sanctissimum Pontificem et Serenissimum Maximilianum Josephum Regem Bavariae Episcopatus Frisingensis ad Archiepiscopalis dignitatis gradum elevatus fuit, saeculum undecimum completum fuerit.

*) Hier beginnt in der Originalausgabe pag. 2. D.

cathedralis superaedificatum est, ex cujus utraque parte per scalas lapideas descenditur. In hac crypta seu ecclesia quasi subterranea praeter aram summam octo existunt altaria, quorum tria supra sepulturas s. Corbiniani Episcopi, s. Lantperti Episcopi et s. Nonnosi aedificata fuerunt*).

Arcuatum antiquissimae architecturae opus, quo haec ecclesia tecta est, 25 columnis et 21 semicolumnis fulcitur. Id hic memoratu dignum esse videtur, quod columnae istae in figura, forma et structura penitus inter se differant. Dolendum plane est, quod ante aliquod tempus calce oblinitae fuerint. D. Quaglio, pictor aulicuus Monacensis, prospectum mediae anterioris partis hujus ecclesiae ope lithographicae artis juris publici fecit, qualem tabula I. heic adjuncta exhibet: cui prospectui aliquas columnas unacum aliis alibi existentibus speciatim designatas addidit. In annalibus literaturae viennensibus *(Jahrbücher der Literatur, XIII. Bd. 1821. Jan. Febr. Mœrz, pag. 199 et seq.)* haec monumenta antiquae architecturae**) tamquam objecta maximi momenti recensentur, cum addito, verisimile esse, quod ad extruendam hanc antiquam ecclesiam residua de antiquiori adhuc quodam aedificio adplicata fuerint.

In ecclesia hac sepultus fuit s. Corbinianus (ao. 730), Hitto Episcopus (ao. 834) et s. Lantpertus Episcopus (ao. 957). Inscriptiones eorum sepulchrales seu epithaphia, una cum reliquis in collectione eorum generali exhibebuntur.

Anno 1161, cum ecclesia cathedralis post incendium restaurata fuit, ossa s. Nonnosi reperta, ibidem, tumbae inclusa, reposita fuerunt. A. 1708, 27. Jan, cum Joannes Franciscus Episcopus eandem tumbam aperuisset, in adposita lamina plumbea sequens legebatur inscriptio:

ANNO. INCAR. DNI. M°C°LXI.
ANNO. ALBERTI. FRISING. EPI. III°.
PRAESENTE. EBERARDO. SALZBURG. ARCHIEPO.
TNSLATV. T. CORP. SCT. NONNOSI.
CFESO. POST. INCENDIV. IN. HANC.
CRIPTA.

*) Sighart hat ſeiner Schrift über den Dom zu Freyſing eine perſpectiviſche Anſicht der Krypta beygefügt. D.

**) Im Orig. p. 3.

Anno nimirum incarnationis Domini millesimo centesimo sexagesimo primo, anno Alberti Frisingensis Episcopi tertio, praesente Eberhardo Salisburgensi Archiepiscopo, translatum est corpus sancti Nonnosi confessoris post incendium in hanc cryptam.

Huic laminae adpositum erat etiam antiquum numisma aureum, quod una cum praefata lamina et particula reliquiarum s. Nonnosi, thecae argenteae deauratae inclusum, usque ad annum 1803 asservabatur in sacrario ecclesiae cathedralis et in die festo hujus Sancti in altari exponebatur.

Tumba*) existit adhuc in crypta cum inscriptione:

TUMBA,
VBI POTIOR PARS CORPORIS S. NONNOSI ANNIS DXLVII DELITUIT,
MODO INSIGNIS RELIQUIA IMPOSITA
A° MDCCIX.

Alia inscriptio ibidem rem narrat, ut sequitur:

POSTERITATI INNOTESCAT. CORPUS S. NONNOSI A NITGERO FRISING. EP̄O EX ITALIA CIRCA ANNUM ML. FRISINGAM DELATU̅, ET PUBLICE CULTUM USQ. AD INGENS INCENDIU̅ QUOD A° X^TI MDLIX. ACCIDIT, A° POST III PRAETER ALIQUA IN SACRISTIA ASSERVATA A. B. MEMORIAE ALBERTO FRISING. PRAESULE IN PRAESENTIA B. EBERHARDI ARCHI-ĒPI SALISBurg. IN HANC CRYPTAM LOCO MOX MEMORANDO REPOSITVM FUISSE, ALTARI, CUIUS QUATUOR ANGULOS TOT PARUAE HUIC MARMORI INCISAE CRUCES DESIGNANT. VERSUS ORIENTEM ERECTO IN EADEM LAPIDEA URNA QUAE NUNC EX LATERE ALTARIS S. NONNOSO SACRI CERNITUR, SACRUM CORPUS ITA IMPOSUIT UT MEDIETAS URNAE EXTRA ALTARIS BASIN EX COCTO LAPIDE STRUCTAE INSISTENS SUBREPENTIBUS DEVOTIS LOCUM DARET BASIS LOCUM CRUX MAIOR HIC INSCULPTA OSTENDIT DEVOTIO ET PLURIMA BENEFICIA DURABANT SOLA SANCTI MEMORIA QUASI PENITUS INTERIIT TANDEM ANNO MDCCVIII.

*) Im Orig. p. 4.

XXVII. IANUARII A REVmo ET CELMO JOANNE FRANCISCO EPISCOPO AC S. R. I. PRINCIPE FRISINGENSI SACRUM CORPUS post DXLVII ANNOS INVENTUM ANNO MDCCIX II SEPT. MAXIMA SOLENNITATE PUBLICAE VENERATIONI DENUO EXPOSITU EST.

Meichelbeckius*) postea (*in sua Hist. frising. Tom. I. P. I. pag. 117 in fine et pag. 248*) verisimilius esse asserit, istas reliquias non ab Episcopo Nitgero, sed ab Hittone allatas fuisse.

Cryptam hanc seu ecclesiam plane antiquissimam esse, ex iis jam, quae hactenus dicta sunt, satis superque adparere videtur: certum tamen originis tempus determinari hactenus non potuit. In brevi notitia vitae s. Corbiniani in porticu, per quam ex aula olim episcopali in ecclesiam cathedralem itur, legimus, quod ipse antiquissimum sacellum, ab anno 444 B. V. Mariae jam dicatum, in ampliorem formam redegerit**). Difficile tamen est, hujus epochae determinationi fidem adhibere, nisi forsan quis opinioni locum dare velit, quod haec sacelli dedicatio per aliquem Episcopum, a vastationibus Hunnorum vel aliorum Barbarorum alibi grassantium profugum et hic asylum quaerentem, facta fuerit. Reschius (*in Annalibus Sabion. Tom. I. saec. III. §. 20. n. 58.*) opinionem Arenpeckii, Meichelbeckii et aliorum secutus, refert, quod jam ao. 283 Frixiniae aliqua Basilica Christi fidelium fuerit. Scimus equidem, inter milites Romanorum, qui longiori tempore in nostris partibus dominabantur, etiam tales fuisse, qui christianis legibus addicti erant. Cum romanis coloniis etiam christianae procedebant, ait Gerbert (*de veteri liturgia aleman. P. I. cap. I. §. 2. pag. 4).* Utrum faventibus hisce vel aliis quibuscunque opportunis circumstantiis aedificatio seu consecratio hujus ecclesiae adscribenda foret, ex defectu documentorum coaevorum demonstrari non potest.

Religionem christianam jam saeculo III. in Germania viguisse, idem Gerbert *(P. I. cap. I. §. 8 et 9)* probat et sic porro etiam de saec. IV.

Saeculo V. et ultra per invasiones barbararum nationum,

*) Im Orig. p. 5.

**) Vgl. Beytr. Bd. I. S. 57. 58. D.

Alemannorum, Suevorum, Gothorum, Hunnorum etc., in nostris partibus et in vicinia omnia in civilibus et ecclesiasticis susque deque vertebantur. In locum religionis christianae successit partim idololatria, partim Arianismus, cui Gothi praesertim addicti erant.

Religionem*) christianam, ingruentibus hisce malis, labefactam et depravatam in nostris partibus, non tamen penitus eradicatam fuisse, ex antiquissimis historiae nostrae documentis satis constare videtur. Hinc et in castro Frisingensi ecclesia B. Mariae Virgini dicata ex saeculo III. usque ad tempora s. Corbiniani conservari potuit.

Antiquam hanc ecclesiam a Maximiliano quodam Episcopo consecratam fuisse, in fidem immemorialis hucusque credebatur traditionis.

Maximilianos, et quidem sanctos Episcopos et martyres, martyrologium Romanum duos refert, unum 12. Octobris, alterum 29. ejusdem mensis. Synodo Romanae IV. ao. 502 interfuit etiam aliquis Maximilianus Episcopus. Ad annum Christi 556 in literis Pelagii Papae nominatur itidem quidam Maximilianus, attamen eo tempore tamquam schismaticus etc.

Frisingae autem actus consecrationis praefatae ecclesiæ tribuitur s. Maximiliano, cujus festum occurrit 12. Octobris, prout ex monumento ab Episcopo Joanne Francisco in illa posito adparet.

Vitam hujus sancti Episcopi, tamquam Archiepiscopi Laureacensis et martyris, ab auctore quodam anonymo conscriptam, edidit *Hier. Pez inter scriptores rerum austr. T. I. a columna 22—34.*

Auctorem hunc, saec. XIII. scriptorem, ex antiquiori traditione vel aliis quibuscumque adjumentis substantialia saltem hujus vitae momenta hausisse, aequiores historici criticique praesumendum esse existimant. Ipsum tamen plura accidentalia falsa et erronea addidisse, iidem jam dudum animadverterunt, quod etiam Joannes Adamus de Urli in suo opusculo, quod Passavii anno 1764 prodiit sub titulo: „*Des heiligen Maximilian Erzbischofes zu Lorch Leben und Martyrthum*“ perbene adnotavit.

*) Im Orig. p. 6.

Vitus Antonius Winter, in universitate Landishutana Professor, autem in suo anno 1805 publicato opusculo, cui titulus: *Vorarbeiten zur Beleuchtung der baierischen und oesterreichischen Kirchengeschichte*, huic scriptori omnem omnino fidem penitus et ipsi s. Maximiliano dignitatem*) episcopalem atque martyrium denegare conantur, dum §. 51 pag. 145 ait: *Dignitatem episcopalem s. Maximiliano concedere non possum. In determinando tempore enim, quando hanc dignitatem obtinuerit, scriptores recentiores non consentiunt. — Dubium non minus est, quamdiu officium Episcopatus illius duraverit. — Liber traditionum ecclesiae Salisburgensis, quem Henricus Canisius edidit, saepius meminit alicujus Maximiliani, quin hunc Episcopum vel martyrem nominet. — Carolomannus Rex, qui reliquias s. Maximiliani ao. 888 in neoaedificatam ecclesiam transtulit, ipsum tantum nominat s. Maximilianum confessorem. — Etiam in calendario Tegernseensi octingentorum annorum sic legitur: IV. Idus Octobris Maximiliani confessoris. — Interim tamen negare nolo, quod in calendario monasterii Moelckensis, ejusdem aetatis, occurrat ut Episcopus et confessor.*

Haec argumenta tamen tanti momenti non esse videntur, ut id, quod Winter intendit, contra omnes reliquos historicos et criticos, qui de Maximiliano scripserunt, satis evincant. Quot in historia antiquitatis occurrunt Episcopi, immo Reges aliique magni Principes, de quorum existentia non dubitatur, etiamsi initium et duratio existentiae illorum determinari non possit!

Id tamen praeprimis mirandum est, quod D. Winter, historiae ecclesiasticae Professor publicus ordinarius, ignoraverit, quinam olim in nostra ecclesia confessores dicti fuerint: cum tamen ex ipsius Hier. Pezii collectione script. rer. Austr. T. I., unde vitam s. Maximiliani ad impugnandum desumsit, pro se instruendo notitiam haurire potuisset, utpote qui ibidem in observatione praevia §. II. expresse monet, quod ab antiquis scriptoribus iidem, qui revera martyres extitere, persaepe confessores dicti fuerint, prout et du Cange in glossario, verbo *Confessor*, ex Joanne Antioch.

*) Im Orig. p. 7.

et synodo orientali in epistola ad Cyrillum, et ex s. Ambrosio adstruit.

Baronius in notis ad martyrologium, ad diem 2. Jan., ait: „Ne quid lateat, sciendum est, diversa admodum significatione a praesentis temporis usu hanc vocem *Confessor* a majoribus usurpatam; illi enim neminem*) eo nomine appellabant, nisi eum, qui Christi fidem interpellatus coram fidei hostibus confessus esset".

R. D. Placidus Braun in sua historia Episcoporum Augustanor. *(Geschichte der Bischöfe von Augsburg, 1813—1815.)* Tom. I. pag 8. de Winteri opusculo supra memorato sequens fert judicium, quod Winteriana critices lima una cum rubigine materiam etiam bonam abradat, quod ipsius judicia temeraria nimis et periculosa sint, quae in immensum dubiorum labyrinthum traherent. Pag. 12 et seqq. ad ea, quae Winter contra historiam B. Afrae opposuit, solide respondet.

Winter in altero opusculo („*Aelteste Kirchengeschichte von Altbaiern etc. Landsh. 1813*") conatur equidem, opinionem suam contra momenta a Braunio allata, cujus opus historicum, prout meretur, eximie laudat, pro viribus defendere, et *p. 267 n. 4.* tandem ait: „*Si Dominus Braun et ego de actis s. Afrae diverso modo sentimus, hoc inde provenit, quia etiam principia nostra diversa sunt*". Et quemadmodum in priori suo opusculo de s. Maximiliano ad finem dubiorum suorum addidit: *Per hoc tamen nullatenus volo negare, quod in Norico jam in priori Christianismi periodo aliquis Maximilianus extiterit, per vitae sanctitatem excellens,* sic et in hoc secundo *p. 281. n. 2.* ad finem addit: „*Si historia secundum genuina documenta pro Rhaetia secunda unum tantum certum Episcopum nominat, ex hoc non sequitur, quod non et plures alii ibidem extiterint, quorum nomina et memoriae ex defectu scriptorum coaevorum cum ipsis interierunt.*"

Quoad illa scilicet, quae tempore primorum aerae nostrae saeculorum in nostris partibus acciderunt, in tenebris potissimum ambulamus; quod post horribiles Vandalorum,

*) Im Orig. p. 8.

Hunnorum, Gothorum aliorumque Barbarorum vastationes eo minus mirandum est.

Historici igitur, praeclarissimi etiam, ex traditionibus aliisque adjumentis quibuscunque eruere quaedam conati sunt.

Id ipsum egerunt quoad sanctum Maximilianum nostrum Episcopum et martyrem. Hansizius, historicus criticusque magni nominis, antiquorum documentorum perscrutator sollertissimus (*Germ. sacrae Tom. I. cap. V. pag. 30*) ita scribit: „*De**) *sancto Maximiliano res habentur indubitatae duae, primum de Episcopatu Laureacensi, alterum de martyrio Celejae facto. Utrumque ratum legitimis martyrum tabulis, aedibus sacris, in ejus memoriam a divo Ruperto et inde consecratis, ejus reliquiis apud Bataviam magna veneratione depositis et denique traditione et cultu apud Noricos inveterato, tum monumentis apud Celejam nonnullis; locum enim ostendunt, in quo obtruncatus, in quo humatus. Illud non moveo, Episcopus an Archiepiscopus appellari debeat*".

Symmachus, qui anno 498 summus Pontifex electus fuit, Theodoro Archiepiscopo Laureacensi (annus, quo id factum, non indicatur) pallium misit, cum addito, *ut illud portet secundum morem Ecclesiae suae*, ex quo manifeste adparet, quod Laureaci ante Theodorum jam plures extiterint Archiepiscopi, quorum aliquos Hansizius tamquam magis certos, et inter hos ipsum quasi s. Maximilianum adducit, alios ut dubios aut omnino supposititios.

Ex his omnibus autem plus non sequitur, quam quod possibile saltem sit, praefatam ecclesiam in castro Frisingensi ante s. Corbinianum existentem ab hoc s. Maximiliano consecratam fuisse, prout antiqua ibidem habet traditio.

Attamen Calles *(in Annalibus ecclesiasticis Germaniae T. II. l. 3. §. 109)* aliud movet dubium: „*Maxime mirandum scilicet fore, si haec ecclesia post vastationes, queis Alemanni et Suevi saeculo quinto per universam Bojoariam grassabantur, ruinam evadere potuisset. Saeculo sexto autem, quo religio christiana in Bavaria magis dilatata fuit, omnino credibile esse, quod sub Ducibus religioni christianae*

*) Im Orig. p. 9.

addictis ecclesiae quaedam aedificatae, et vel ab Archiepiscopis Laureacensibus, vel ab aliis Episcopis consecratae fuerint". Quemadmodum vero anno 955 Hunni, de quorum actuali illo anno Frisingae praesentia certam notitiam habemus*), cathedralem ibi ecclesiam intactam reliquerunt, sic et illam antiquiorem vel non vastatam, vel post ruinam restauratam fuisse credi posset.

Omnibus his, quae hactenus dicta sunt, bene perpensis, id saltem pro certo habendum esse videtur, quod venerabilis haec ecclesia antiquissimis**) Bavariae templis christianis adnumeranda, si non pro prima habenda sit.

Ichnographiam illius tabula II. ob oculos ponit, unacum altera ecclesia s. Benedicti, quam antiquam vocant cathedralem, a s. Corbiniano pro Fratribus sub regula s. Benedicti viventibus versus solis ortum, prout aestivo tempore evenit, aedificata.

II.

Haec secunda ecclesia per incendia, de quibus infra, aliquoties vastata, denuo semper restaurata fuit, et saeculo XII. quidem, post incendium anni 1159, id praestitit Engilscalcus, haud dubie ille ipse majoris ecclesiae Scholasticus, postea Praepositus, qui ao. 1157 in litteris Ottonis Episcopi pro ecclesia collegiata s. Andreae tamquam testis occurrit *(Gewold. ad Hund. Metrop. T. II. p. 107 et ao. 1169, nec non 1170 in Monum. Boic. Tom. VIII. p. 516 et 517).* — Saeculo XIV. Otto de Maxlrain, Decanus et Vicarius generalis, ruinosam expensis suis iterum reparavit missaeque quotidianae Beneficium assignatis bonis, censibus aliisque redditibus pro illa fundavit.

In hac ecclesia s. Benedicti et in peristylio seu ambitu adnexo *(im Kreuzgange)* primum Monachi et Canonici***)

*) Siehe Beyträge III, 493. D.

**) Im Orig. p. 10.

***) Ad annum 845 in instrumento permutationis sub Episcopo Erchamberto eorum existentia simultanea et commune jus capitulare eruitur ex illis verbis, quod haec permutatio facta fuerit cum consensu et conhibentia Canonicorum et Monachorum aliorumque fidelium in ipsa ecclesia degentium.

fere omnes sepulti fuerunt, postea autem et alii sacerdotes ac nobiles laici. Familiae Eckherorum praesertim de Kapfing et Lichteneck sepultura in hac ecclesia existit, prout epitaphia probant, quae una cum ceteris adducentur.

Joannes Franciscus Episcopus lapides sepulchrales ibidem et in ipsa moderna ecclesia cathedrali et ejus atrio humi positos elevari, et in muro vel in columnis firmari fecit, quo inscriptiones et insignia gentilitia, ad perpetuam memoriam illis insculpta, posteritati conserventur. Pro lapidibus minoribus detritis vel confractis partim alios substituit, de reliquis nomina saltem cum anno et die obitus in magna picta tabula notari fecit, quae ex adverso introitus ad ecclesiam s. Benedicti*) suspensa est.

Haec omnia praefatus praestantissimus Antistes perfecit, posteaquam sibi proposuerat, ante millenariae memoriae solemnia majorem principalem ecclesiam magnificentius exornare, quae, sicut illa antiquissima, honori B. Mariae Virginis dedicata est.

III.

1. Hanc ipsam majorem ecclesiam in prima saeculi VIII. medietate cathedralem ab ipso s. Corbiniano saltem inchoatam, ab Arnoldo Episcopo dein ampliatam fuisse, vel ex eo colligi videtur, quod in illa primorum Episcoporum sepulchra existant, Erimberti scilicet, fratris s. Corbiniani, qui ao. 749 obiit et sepultus est in porticu laterali ex parte epistolae post aram s. Joannis, ubi in tab. VI. ichnograph. ecclesiae cathedralis notata conspicitur lit. a. — Lit. b. sepultus est Aribo (ao. 784), lit. c. Atto (ao. 810) et sic porro in eadem linea Anno Episcopus (ao. 875), Arnulfus (ao. 883), Walto (ao. 906), Wolframus (ao. 938), Godescalcus (ao. 1005), Egilbertus (ao. 1039), Adalbertus (ao. 1183), Otto II. (ao. 1220), Utto (ao. 907) et intra cancellos penes aram s. Thomae Abraham (ao. 994) etc.

Episcopos enim in nostris partibus et alibi ordinarie et praerogativo modo in suis ecclesiis sepultos fuisse, satis notum est, prout etiam ex canone 52 concilii Moguntini de

*) Im Orig. p. 11.

ao. 813 et ex capitulari XX. Caroli M. colligitur, et Thomassin (*Part. III. L. I. c. 66)* ex Socrate, Sozomeno et Evagrio adstruit.

2. Fausta et infausta plurima huic venerandae ecclesiae per tot saecula accidisse, ex historia novimus. Juvat eorum aliqua hic adponere.

Carolus Magnus, qui 28. Jan. 814 morte humanis rebus ereptus est, in testamento suo, quod Baronius ad annum 811 exhibet, plures ecclesias, et inter has et Salisburgensem unacum suis suffraganeis, opulenti aerarii sui haeredes scripsit.

Hitto Episcopus eo tempore Frisingensis, hac ope fultus, ecclesiam suam cathedralem magnifice decoravit.

De Arnulpho Episcopo, qui ab anno 875 usque 883 praefuit, legitur, quod eamdem ecclesiam in ampliorem formam redegerit.

Circa annum 900 sub Episcopo Waldone ecclesia cathedralis conflagravit. Ao. 903 „Ludovicus Rex curtem Veringa cum omnibus juribus*) et pertinentiis ad eamdem ec„clesiam, nomine sanctae genitricis Dei Mariae dedicatam, „ubi electus Dei confessor Corbinianus corpore quiescit, in „proprium delegavit.“

Anno 955 sub Lantperto Episcopo Hunni barbari, Frisingae templa s. Stephani et s. Viti igne vastantes, ecclesiam cathedralem intactam reliquere.

Abrahamus, qui ab anno 957 usque 992 Episcopatum gessit, ecclesiam suam eximie ornasse atque ditavisse fertur.

Egilbertus intra annos 1005—1039 auxit thesaurum ecclesiae cathedralis auro, argento aliisque pretiosis.

Anno 1159 Dominica palmarum (5. Apr.) ante auroram ignis, ex orientali montis parte erumpens, ecclesiam cathedralem primum, tunc aulam episcopalem, collegiatam s. Andreae, demum totam fere civitatem vastavit.

Albertus Episcopus exinde usque ad annum 1161 cathedralem suam in forma, priori magis augusta, restituit.

Freybergerus in sua chronica Episcoporum Frisingensium

*) Im Orig. p. 12.

ad hunc annum refert, quod hac occasione, praesente Archiepiscopo Salisburgensi Eberhardo, reliquiae sanctorm Alexandri, Justini et Nonnosi repertae fuerint*).

Fridericum Imperatorem ejusque conjugem Alberto Episcopo ad ferendos graves in suo opere sumptus adjutores fuisse, ex eo colligitur, quod in porta lapidea, per quam ex atrio in ipsam ecclesiam intratur (cuius figuram tab. III. exhibet), eorumdem imagines praeter illam Episcopi cum inscriptionibus sculptae conspiciantur, ad introitum ex parte sinistra:

FREDERIC. ROM. IMPR. AUGUSTus.

et ex parte dextera:

CONJUX BEATRIX COMITISSA BURGUNDIAE. A°MCLXI**).

Anno 1274, 4. Apr., ara summa totaque ecclesia cathedralis Frisingensis consecrata fuit ab Archiepiscopo Salisburgensi Friderico, assistentibus Episcopis Conrado Frisingensi, Petro Pataviensi, Leone Ratisponensi, et Joanne Chiemensi, qui verosimiliter convenerant ad deliberandum ante concilium***) Lugdunense, quod 7. Maji ejusdem anni incepit, quid agendum sit in causa dissidiorum inter Rudolphum habsburgicum et Ottocarum Bohemiae Regem. Inter reliquias sacras altari inclusas etiam una erat s. Maximiliani confessoris. Qua de causa ara summa et ipsa ecclesia hac consecratione indiguerit, non constat.

Episcopus Nicodemus, qui ab anno 1421 — 1443 Episcopatui praecerat, ad ornatum ecclesiae suae cathedralis multum contulit.

Anno 1453, 8. Jul., Joannes Tuelbeckius Episcopus Frisingensis in instructione summo ecclesiae Custodi, Canonico Wigislao de Rorbach, data scripsit: „*Desiderantes, ut nostra Frisingensis ecclesia . . . suscipiat incrementa tam in structuris, aedificiis et aliis ornatibus, tamquam aliarum nostrae Dioecesis ecclesiarum Regina, ampliori decore circumamicta et insignita refulgeat splendoribus, et praeeminentiori statu firmetur, de solertia et providentia a Deo tibi collatis confisi etc.*“

*) Vgl. Beytr. I. 47. D.

**) S. die Beylagen 1 u. 3 zu Sighart's Dom in Freysing. D.

***) Im Orig. p. 13.

Anno 1461, die s. Alexii (17. Jul.), altare summum a Suffraganeo Frising., Episcopo Salonensi, reconciliatum fuit, repositis iisdem ss. reliquiis, quae ab anno 1274 eidem inclusae erant.

Anno 1563, 11. Jun., hora undecima noctis ex negligentia Georgii Decker campanarum pulsatoris ortum est incendium, quo primaria ecclesiae cathedralis turris exusta fuit, adeo, ut destructo horologio omnes campanae defluxerint. Mauritius Episcopus anno 1564 suis propriis et capituli expensis turrim restituit atque octo campanis Monachii per Wolfgangum Steger fusis instruxit.

Ernestus, Episcopus ab anno 1567 usque 1612, pro summo ecclesiae cathedralis altari per celebrem pictorem Petrum Paulum Rubens imaginem B. Mariae Virginis secundum ideam mulieris apocalypticae, puerum suum a devoratione draconis salvantem, fieri fecit, in recognitionem reddituum, qui ipsi, fere semper absenti, pro gravibus praesertim itinerum expensis mitti debuere (in literis ad summum Pontificem datis ipse fassus est, Frisingam sibi vix non ultra vires succurrisse). Praefata imago ab ao. 1804 ibidem non amplius existit. Qua de re infra occurret mentio.

Intra*) annos 1620 et 1624 Vitus Adamus ecclesiam cathedralem, ex more veteri obscuram, illustrem reddidit, suggestum novum et organum fieri fecit, aramque summam novam extruxit eamque ao. 1624, assistentibus quinque Abbatibus, consecravit.

Successor Episcopus Albertus Sigismundus propylaeum, per quod in atrium ecclesiae cathedralis intratur, ex porphyrite, cum statua s. Corbiniani ex pario marmore fieri fecit, cujus imaginem tab. IV. repraesentat. Infra pedes s. Corbiniani sequens legitur inscriptio:

HANC HONORIS PORTAM DEO TER OPT. MAX. NEC NON SS. COELORUM REGINAE ET S. CORBINIANO EPISC. PATRONO DIOECESANO IN DEBITI CULT. ET FIDUCIAE ARGUMENTUM ERIGI CURAVIT R. ET S. PRINCEPS ALBERTUS SIGISMUNDUS EPIS. FRIS. ET RAT. V. B. ET SUP. PAL. DUX COM. PAL. RHENI LANDG. LEUCHT. CONST. ET OETT. PRAEP. A. CHRISTI MDCLXXXI.

*) Im Orig. p. 14.

Porticum etiam, per quam ex aula in superiorem ecclesiae partem itur, ampliavit.

Haec porticus impedimento est, quo minus facies externa cathedralis ecclesiae magnificentius exornetur. Verum in eadem porticu imagines omnium Episcoporum Frisingensium (excepto ultimo, cui non amplius locus erat) cum inscriptionibus*), prospectus quoque arcium et praediorum praecipuorum, quae olim Frisingensi ecclesiae propria erant, conspiciuntur.

3. Joannes Franciscus Episcopus, cujus memoria toties cum laude occurrit, qui tot eximia omni ex parte praeclarae existentiae suae documenta reliquit, jam a principio sui regiminis deliberare cepit, qua ratione ecclesia sua cathedralis decorari possit.

Displicuit praeprimis pavimentum, signino opere stratum, propter sepulturas pluribus in locis pertusum et inaequale redditum. Marmoreis igitur lapidibus ao. 1708 sterni fecit; qua occasione sepulchra primorum Episcoporum Frisingensium de quibus supra, aperta fuere.

Appropinquante**) millenario ecclesiae hujus anno quæstio movebatur de convenienti solemnitatum celebratione et de praevio congruo ipsius ecclesiae ornamento: sumptuum autem magnitudo et augustia temporis Principem et Episcopum optimum vix non a proposito deterruere, qui tamen consiliis et precibus plurium tandem adquievit.

Anno igitur 1722 mense Martio conclusum fuit, praeprimis Carolo Meichelbeckio, ord. s. Ben., committendum esse, ut ex praeparatis jam ab aliquo tempore collectaneis communicandisque originalibus et aliis scriptis historiam Frisingensem conscribat. — Die 27. Augusti Joannes Franciscus in aula sua conventum celebravit, cui ex capitulo cathedrali aderant Jo. Christianus a Koenigsfeld, summus Scholasticus, et Jo. Bapt. a Pfistern, Officialis. In hoc conventu deliberatum fuit, quo modo jubilaeum millenarii cele-

*) Diese Inscriptionen sind im ersten Bande der Beyträge (S. 57—102) unter dem Titel; „Series et acta Episcoporum" vollständig abgedruckt worden. D.

**) Im Orig. p. 15.

brandum, qua ratione ecclesia cathedralis praevie exornanda, et quaenam ad haec praeparanda sint.

Anno 1723, 2. et 16. Martii, capitulum cathedrale Celsissimo et Reverendissimo Episcopo grates egit pro communicata notitia, quod ecclesia cathedralis loco tapetum sericorum, prout intentio erat, jam opere psalmante et imaginibus, vitam s. Corbiniani repraesentantibus, ornanda sit: et pro communicato etiam contractu, hac super re cum duobus fratribus Cosma et Aegidio Asam inito, addita tamen monitione, melius fore, si omni ex parte, absque ulla exceptione, aurum purum tantum adhibeatur*).

Quo igitur hi artifices absque ullo impedimento omnia debite praeparare et tunc quantocius operi suo manum adponere potuierint, capitulum cathedrale unacum reliquo clero suo ex Basilica in antiquam ecclesiam**) s. Benedicti migravit, in qua dein usque ad finem mensis Septembris 1724 chorus, missae et reliqua officia divina celebrata fuerunt.

Joannes Franciscus Episcopus pro solemnitate millenarii novam infulam ex meris margaritis et lapidibus pretiosis per Udalricum Semler, in monasterio Weihenstephanensi professum, artificiose fieri fecit. Cum vero durante labore margaritae defecissent, capitulo cathedrali proposuit, defectum ex alia perantiqua et nimis ponderosa infula, quae in sacrario asservabatur, supplendum esse. Capitulum 15. Febr. 1724 consensum praebuit cum addito, ut margaritae, quas peracto labore superesse continget, pro bono ecclesiae

*) Cosmas Damianus Asam et Aegidius Asam, fratres, in Bavaria nati, primus pictor, alter sculptor et plasmator in gypso, Romae in sua quivis arte se perfecerunt. Cosmas in Academia ibidem primo ob artificiosum opus praemio honoratus, in arte pingendi (al fresco praesertim) excelluit. In patriam reduces plures Monachii atque alibi in Bavaria opere manuum suarum decorarunt ecclesias. Aegidius Asam, adjuvante fratre suo, intra annos 1735 et 1746 Monachii in loco habitationis eorum suis expensis aedificavit et ornavit ecclesiam s. Joan. Nepom., penes quam domus Presbyterorum pro adjumento curae animarum existit.

**) Im Orig. p. 16.

vendantur. Pretiosa haec nova infula usque ad an. 1803 in thesauro ecclesiae cathedralis asservata fuit.

1724, 18. Febr., Episcopus capitulo protocollum conferentiae, die 8. ej. habitae, pro consensu ad mutuandam pecuniae summam viginti millium florenorum communicavit, utpote quae pecuniae summa ad expensas pro ornamento ecclesiae et celebratione jubilaei millenarii necessaria esse visa fuit. Syngraphae autem, adposito etiam capituli sigillo, postea pro summa 21,400 florenorum expeditae fuerunt.

Initio mensis Julii 1724, cum cuprum pro tectis turrium comparatum esset, deliberatum fuit, quae tectorum forma praeferenda sit. Capituli opinio in eo erat, figuram magis modernam eligendam esse: verum Celsissimus Episcopus respondit, turres in antiqua forma permanere debere, sicut in conferentia, cui etiam deputati ex capitulo aderant, re mature perpensa, bene visum fuit.

11. Julii, cum pictor Asam in imaginibus, vitam s. Corbiniani repraesentantibus, vix alias personas, quam in habitu Benedictinorum pingeret, capitulum cathedrale quatuor Canonicos (de Payersperg, de Albrechtsburg, de Pfistern et Fraporta) delegavit, ut Celsissimo Episcopo proponant, quo haec inconvenientia tollatur: qui respondit, se ipsum hoc observasse, et hinc correctionem, in quantum bene fieri poterit, mandandam esse. Die*) 26. ejusdem denuo inconveniens esse visum fuit, quod ipse s. Corbinianus fere semper in eodem monachorum habitu pictus sit. Capitulum cathedrale hac vice Syndico suo capitulari mandavit, ut hac super re cum pictore convenienter agat, cum promissione, ipsum capitulum certe non indiscretum fore.

Aes campanum majus, Monachii 6. Julii per I. M. Langenecker et A. B. Ernst feliciter fusum, ab Electore Maximiliano Emmanuele B. Mariæ Virgini et s. Corbiniano dicatum, Frisingæ a Reverendissimo Episcopo Joanne Francisco 29. Aug. solemniter consecratum fuit.

In ejus parte superiori legitur:

I. N. R. I. MISERERE NOBIS.
FUDERUNT I. M. LANGENECKER ET A. B. ERNST.
MONACHII M.DCC.XXIV.

*) Im Orig. p. 17.

inferius autem:

DEO TER OPT. MAX.
IMMACULATAE VIRGINI DEIPARAE MARIAE PATRONAE DIOECESEOS S. CORBINIANO EPISCOPO CAETERISQUE TUTELARIBUS FRISINGENSIS ECCLESIAE JUBILAEAE D. D. DEDICAT SERENISSIMUS ELECTOR UTRIUSQUE BAVARIAE DUX MAXIMILIANUS EMMANUEL ANNO CHRISTI MDCCXXIV.

Ex altera parte:

CONSECRAT REVERENDISSIMUS ET CELSISSIMUS JOANNES FRANCISCUS EPISCOPUS FRISINGENSIS S. R. I. PRINCEPS ANNO SACERDOTII SUI L. REGIMINIS XXX. ECCLESIAE SUAE SPONSAE M.

1724, 26. Sept., Decanus Joannes Henr. de Maxlrain et summus Custos Joan. Christian. de Koenigsfeld, nomine capituli cathedralis, Reverendissimo et Celsissimo Episcopo Principi ob congrue et feliciter praeparatam millenarii solemnitatem et de proprio ipsius sacerdotii jubilaeo devotissimam, cum summi gaudii demonstratione, gratulationem detulerunt.

Eodem*) tempore duo fratres artifices Asam opus suum perfecerunt, quod hactenus jam per integrum saeculum in optimo statu conservatum fuit. In eo tamen fere nimium egisse videntur, quod vix ullum exiguum spatium vacuum reliquerint.

Cosmas Damianus Asam interiorem ipsius ecclesiae formam et primum solemnem ingressum picta imagine repraesentavit, quam Franc. Jos. Moerl calcographus monacensis cupro incidit et excudit, cujus exemplar tab. V. ob oculos ponit.

Ipsam solemnitatum celebrationem quod spectat, cujus Falkensteinius mentionem facit (*Geschichte des Königr. Baiern, Tom. III. p. 834 et seq.*), secundum Meichelbeckium**) Reverendissimo et Celsissimo Episcopo Principi Joanni Francisco, jubilæo tunc sacerdoti summe venerando, visum fuit, eam nullo alio mense commodius peragi posse festivitatem, ad quam tot tantæque præparationes hactenus fuerant præmissae, quam

*) Im Orig. p. 18.
**) Hist. Fris. Tom. II. Part. I. p. 486 et 487.

Octobri, quo scilicet neque calores aestatis, nec frigora hyemis timeri poterant, ita ut viatoribus iter huc instituturis nullum poneretur impedimentum et insuper mensa lautior sterni posset. Itaque, postquam mense Septembri huc invitati fuerant Serenissimi, Reverendissimi, Excellentissimi et Illustrissimi hospites, ac insuper plena noxarum remissio, a summa Sede iis omnibus, qui cathedralem hanc Basilicam accessuri et consuetam animae praeparationem essent adhibituri*), per hanc Dioecesin fuerat promulgata, die ultima praedicti mensis Septembris chorus, qui hactenus a die 1. Aprilis anni 1723 in contigua divi Benedicti ecclesia personuerat, in ecclesiam cathedralem splendissime exornatam fuit reductus, et hora quidem secunda pomeridiana non solum campanarum omnium festivo pulsu, verum etiam centum variarum aenearum machinarum fragore splendidissimae festivitati initium datum fuit. Vespertinum itaque officium in saepe dicta cathedrali ac millenaria ecclesia quinquagenarius ac jubilaeus sacerdos noster ritu, qui tantum Principem decebat, magnificentissimo peregit, cum interim ingens Reverendissimorum DD. Abbatum aliorumque illustrissimorum hospitum numerus et aliorum huc convolantium multitudo tanta**) Frisingam venisset, ut multis diversorium invenire fuerit difficillimum.

Ipsis Kalendis Octobribus, ceu die ad gratias supremo Numini persolvendas destinata, invitata Serenissima Domus Bavarica horis antemeridianis comparuit ferme universa, Serenissimus nempe Elector Maximilianus Emmanuel, Serenissimus filius Carolus Albertus Princeps Electoralis una cum Serenissima conjuge Maria Amalia, nata Regia Principe Hungariae ac Bohemiae, Austriae Archiducissa, Serenissimus Dux Ferdinandus Maria cum Serenissima conjuge Maria Anna Carolina, nata Commitissa Rheni, Bavariae, Juliae, Cliviae ac Montium Ducissa etc., Reverendissimus et Serenissimus Dux Joannes Theodorus, Episcopus Ratisbonensis, superiori anno in successorem etiam Frisingensem cooptatus etc., una cum ingenti Excellentissimorum et Illu-

*) Hier fehlt das Wort „concessa“.

**) Im Orig. p. 19.

strissimorum DD. Ministrorum frequentia in multis curribus, quorum singulis juncti erant seni sonipedes. Serenissimi hi hospites e splendidissimo palatio Scheisshemensi digressi versus mediam undecimam limitibus Frisingensibus imminuerunt, singuli eo habitu jam induti, qualis nonnisi in summis festivitatibus adhiberi solet; id quod praeprimis in Serenissima Ducis Electoralis conjuge nemo non demiratus est. His ad dictos limites occurrerunt Reverendissimi, Excellentissimi et Illustrissimi legati Frisingenses una cum exquisito equitatu Frisingensium civium, qui Serenissimos hospites sub festivo aenearum machinarum fragore, buccinarum atque tympanorum sonitu obsequiosissime exceperunt, ac postea in urbem et aulam, omni, quo fieri poterat, cultu exornatam, comitati sunt. Concursus spectantis populi tantus erat, qualis fortassis Frisingae nunquam fuit visus, veluti etiam non constat, unquam alias tot Serenissimos Bojariae Duces Frisingae una die convenisse. Porro Principes illi ad hanc aulam delati tum ab ipso Celsissimo nostro Principe, tum a Reverendissimo et Illustrissimo collegio cathedrali fuere cum omni, qua par erat, reverentia decentissime et cum ingenti animorum jubilo excepti.

Paulo post placuit collectis Serenissimis Principibus, in cathedralem Basilicam sese conferre, ubi mox Reverendissimus et Illustrissimus D. Maximilianus Franc. Dominicus Eckher, Baro de Kapfing et Liechtenekh*), cathedralis ecclesiae Augustanae Canonicus capitularis ac Parochus civitatis Fridbergensis, ceu Celsissimi ac Reverendissimi jubilaei sacerdotis ex germano fratre nepos, in sacro suggestu comparuit, et ad Serenissimos, Reverendissimos etc. aliosque numerosissimos auditores elegantissimum sermonem habuit super appositissimum scripturae textum: *Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de coelo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Eo sub discretissima brevitate eloquentissime finito, Celsissimus jubilaeus assistentibus sibi non solum ordinariis e collegio cathedrali ministris, verum etiam octo mitratis ex ordine divi Benedicti Abbatibus, ad aram principem magnificentissime exornatam stetit, et acci-

*) Im Orig. p. 20.

nente omnis generis jucundissima musica atque interstrepentibus identidem minorum ac majorum tuborum ferreorum aeneorumque fragore festivissimo sacrificio jubilaeo Divinae Triadi devotissimas gratias piissime persolvit, eoque peracto hymnum Ambrosianum non sine tenerrimo ac propemodum entheo omnium praesentium solatio subjunxit. Secutae sunt Serenissimi Principis Electoris et reliquorum Serenissimorum, Reverendissimorum caeterorumque honoratissimorum hospitum et totius collegii cathedralis congratulationes, post quas ad prandium, pro dignitate tantorum hospitum lautissime instructum, ventum est, ubi in aula majore episcopalis palatii comparuere hospites praecipui numero centum et tres: in aliis vero aulae tricliniis numerus longe major recensebatur, adeo, ut universim numerati fuerint hospites trecenti et octoginta, non computatis iis, qui extra aulam sumptibus Episcopi opiparum prandium invenerant.

A die 2. Oct. usque ad octavam hujus mensis quotidie per invitatos celebres verbi divini praecones ex cathedra ad immensum populum verba fiebant, quotidie per infulatos praelatos solemne cantabatur missae officium.

Ex plurimis propinquis et remotioribus Paroeciis pii peregrinantes comitantibus sacerdotibus advenere. Innumeri fere fideles in sacro tribunali expiati et sacra communione refecti, jubilaei indulgentias lucrari conabantur. Numerosi etiam quotidie hospites in aula episcopali convenienter nutriebantur.

4. Narratis*) hisce solemnitatibus, de ipsa ecclesiae cathedralis structura, plane magnifica, quam Meichelbeckius *(in hist. Frising. Tom. II. a pag. 480 usque 484)* prolixe describit, adhuc aliqua addenda sunt.

Ichnographiam adjuncta tabula VI. exhibet. — Forma illius quasi navem repraesentat, in quam ex atrio per marmoream scalam descenditur, et demum per similem, latiorem adhuc, in presbyterium, quod marmoreo diversi coloris pavimento stratum est, et ex hoc denuo per similes gradus ad planum ante aram summam ascenditur, ad quam, si

*) Im Orig. p. 21.

etiam tota ecclesia repleta sit populo, jam ex atrio liber prospectus patet.

Ecclesia haec, quoad spatium internum, 252 pedes longa et 144 lata, praeter summum altare quatuordecim alia complectitur, quorum duo in ipso atrio existunt, plura eorum capellae vocantur, secundum nomina illorum, qui suis sumptibus ea restaurarunt vel ad ipsa aut Beneficia aut quasdam missas fundaverunt et ibidem sepulti sunt.

Sacristia inferior, in qua Episcopi olim, frigido hyemali tempore, clericos ordinare aut alias functiones pontificales peragere solebant, duas habet aras, ad quas etiam Canonici seniores aut alias aliquantum infirmi, hyemali praesertim tempore, s. missae sacrificium peragebant. Non procul ab hac sacristia, prope ambitum ecclesiae, existunt duae camerae, in quibus olim pueri, in cantu chorali praesertim, instruebantur, et hinc adhucdum „*Sing-Stuben*“ vocantur.

De peristylio seu ambitu, in quem ex ecclesia cathedrali descenditur, jam supra mentio facta fuit.

In superiori ecclesiae contignatione ex utraque parte summi altaris adsunt oratoria, quorum illud ex parte evangelii Episcoporum erat. Penes introitum ad haec duo erecta sunt altaria, unum in honorem ss. trium Regum, alterum s. Sigismundi. Ab his usque ad chorum musicum ex utraque parte largum est spatium pro communi quasi oratorio.

Ex parte epistolae existit sacristia superior, et quidem duplex, una pro aestivo, altera pro hyemali tempore, sacrarium etiam, in quo*) olim vasa et alia paramenta argentea, aurea, aliaque pretiosa asservabantur.

Non procul ab his Canonici capituli cathedralis in quadam camera pro tractandis negotiis capitularibus convenire solebant. Prope hanc erant ejusdem capituli archivum et bibliotheca, in qua olim praeter plurimos libros typographicos etiam antiqua manuscripta maximi momenti conservabantur.

Haec pars ecclesiae cathedralis superior cum reliquis contiguis repraesentatur in tabula VII.

*) Sim Orig. p. 22.

5. Oportet, hic etiam nomina quorumdam artificum recensere, qui pro hac ecclesia imagines perfecerunt.

De duobus fratribus Asam, qui opere manuum suarum totam ecclesiam interius decorarunt, jam supra fuit mentio facta.

Praecellens imago B. Mariae Virginis, quam Ernestus Episcopus per Petrum Paulum Rubens pro summo altari fieri fecit, die 18. Sept. a. 1804 inde Schleissheimium (Regium rurale palatium) translata fuit.

Ex parte epistolae ibidem pictus est s. Maximilianus Episcopus per Joan. Bapt. Deyrer, qui Frisingae obiit a. 1789.

In capella Kepseriana (prima ara laterali in honorem s. Stephani ex parte evangelii) imago, repraesentans coenam Domini, picta est per Cosmam Damianum Asam. Ex utraque parte suspensae sunt magnae similis artis imagines, quæ exhibent adorationem trium Regum et baptismum Christi in Jordane, cum inscriptione: *Ex dono Joan. Lud. Jos. de Welden, Decani Eystettensis et Canonici Frisingensis,* et prope has aeque magnae, quae lotionem pedum post coenam Domini et Christum orantem in monte oliveti repraesentant, quas per quemdam sacerdotem, discipulum Octav. Amigoni, pictas fuisse ferunt.

Imago altaris in honorem visit. B. M. V. est de manu pictoris Petri Candit.

Fugam in Aegyptum in ara ss. Leonardi et Aegidii pinxit Fischerus: imaginem vero ss. Joachim et Annae in ara ss. Georgii mart. et Wolfgangi Episcopi celebris Joachim de Sandrart.

Statua*) s. Joannis Nepom. in anteriori ara laterali ex parte epistolae est de manu Aegidii Asam.

Imaginem s. Matthaei in ara ipsi dicata pinxit Andreas Wolf, conversionem s. Pauli in altari hujus Sancti Joannes Degler, de quo, sicut fere et de omnibus reliquis notitias recenset Lipowsky in suo lexico artificum bavarorum.

Nativitas Christi in ara s. Thomae est de manu Fischeri.

Mariam morientem in ara s. Elisabethae (quae capella

*) Im Orig. p. 23.

Principis vocatur, in qua Episcopus Vitus Adamus sepultus est) pinxit Ulr. Loth, in atrio ecclesiae cathedralis imagines altarium ss. Trinitatis et s. Catharinae Andreas Wolf.

In superiori ecclesiae contignatione imago altaris trium Regum prope oratorium episcopale est de manu Petri Candit.

In ecclesia s. Benedicti imaginem summi Altaris, quæ Christum vendentes ex templo ejicientem repraesentat, pinxit Baudiz, pictor aulicus Frisingensis, discipulus Rembrandi, natus in inferiori Saxonia, et illas s. Barbarae et s. Joannis Evangelistae in aris lateralibus Andreas Wolf, in ambitu illam omnium Sanctorum Franc. Jos. Lederer, pictor aulicus Frisingensis, natus Augustae Vindelicorum, trium fratrum pictorum minimus, qui in Academia Augustana secundum obtinuit praemium.

In crypta, seu antiquissima ecclesia Frisingensi, imaginem s. Sebastiani in ara summa pinxit Joan. Rottenhamer Monacensis, cujus obitum Lud. Winkelmann in suo lexico pictorum erronee ponit ad annum 1604, cum tamen constet, quod ao. 1620 adhuc in vivis extiterit. In superiori hujus altaris parte imago s. Annae est de manu Andreae Wolf.

Imaginem s. Lantperti in ara ipsi dicata pinxit Fr. Jos. Lederer, illam ss. Alexandri et Justini Joan. Bapt. Deyrer, s. Margarethae Lederer, et illam s. Nicolai in ara ultima ex parte evangeli Ignatius Frey.

Ex*) parte epistolae imago quatuordecim Sanctorum auxiliatorum est de manu Fr. Jos. Lederer.

Epitaphia sane plurima, quibus ecclesia cathedralis, illa etiam s. Benedicti, sicut et peristylium seu ambitus fere omni ex parte ornantur, speciatim recenseri merentur. Multa illorum eximiae prorsus artis monumenta sunt.

Optandum plane foret, ut haec ipsa et omnia praesertim insignia gentilitia, quae passim in illis conspiciuntur, per imagines ope lithographicae artis vel in aere excusas, cum speciali historica dissertatione, juris publici fiant.

Inscriptiones illorum omniumque lapidum sepulchralium, quae perpetuae Episcoporum eorumque Vicariorum, Prae-

*) Im Orig. p. 24.

positorum, Decanorum, Canonicorum aliorumque primariae bavaricae nobilitatis memoriae consecratae sunt, sollerter collectæ, cum in finem prae manibus sunt, ut una cum variis anecdotis etiam prelo committantur.

Interea juvat, heic saltem catalogum Antistitum hujus venerandæ ecclesiae, Praepositorum etiam et Decanorum adponere.

IV.

EPISCOPI FRISINGENSES.

De vita et gestis singulorum fuse scripsit Meichelbeck tam in chronica, quae idiomate germanico ao. 1724 prodiit, quam in historia Frisingensi latina, quibus jam nunc supplementa sat multa addi possent.

In porticu, per quam ex superiori aulae contignatione in ecclesiam cathedralem itur, illorum imaginibus (de quibus supra mentio facta fuit) breves notitiae adscriptae sunt, ex quibus aliquae cum aliis quibusdam anecdotis, inscriptionibus lapidum sepulchralium et epitaphiorum in altera dissertatione adjungentur: interea tamen de s. Corbiniano aliquantum prolixius agendum esse videtur.

1. S. Corbinianus. Gesta vitae illius et mortem etc. in scriptis consignavit Aribo, quartus Frisingensis Episcopus, quod documentum Meichelbeck *(in hist. Frising. Tom. I. Part. 2.)* primo loco exhibet. Ordinem*) chronologicum non videtur observasse, facta scilicet, prout memoriae ipsius ab annis juventutis suae maximam partem ex relationibus aliorum occurrebant, adnotando. Ex narrationibus ipsius tamen adparet, quod s. Corbinianus post susceptum Romae Episcopatus ordinem septem annis in Gallia commoratus sit, quod eo tempore cum Pipino Heristallo, Majore domus régiae, postea vero in Bavaria cum Theodone II. Duce et ejus filio Grimoaldo, hujusque successore Hucberto in negotiis fuerit, et a Gregorio II. summo Pontifice dimissionem ab officio episcopali petierit, attamen non obtinuerit.

*) Im Orig. p. 25.

His et omnibus illis, quae Hansizius *(Germ. sacrae Tom. II. p. 59.)* et P. Romanus Zirngibl *(Neue histor. Abhandl. der baier. Akad. Tom. I. a pag. 141—145, 133 seq. et 165)* erudite observarunt, bene perpensis, ordo chronologicus forsitan hoc modo determinari posset:

Anno 709 Corbinianus, Romae a Constantino summo Pontifice in Episcopum ordinatus, in Galliam redit, a Pipino Heristallo, qui 16. Nov. 714 diem supremum obiit, 900 auri solidos obtinet.

Anno 716, mense Jan., Theodo Dux Bavariae Romam venit, verisimiliter petens, ut sibi pro Bavaria Episcopi mittantur. — Corbinianus eodem anno, qui septimus ab obtento Episcopatu erat, Ratisbonam ad Ducem Theodonem venit et ab hoc ad Grimoaldum filium Frisingam mittitur. — Exinde Romam petens a Gregorio II. speciali apostolica missione instruitur.

Anno 717 Corbinianus Roma ad fines Bavariae rediens a legatis Grimoaldi Ducis Frisingam reducitur. — Eodem anno Theodo Dux moritur. — Grimoaldus pro dotanda ecclesia B. Mariae Virginis in castro frisingensi existente, bona in Tyrolensibus Bavariae finibus coemit, ope etiam nongentorum auri solidorum, quos Pipinus donaverat.

Corbinianus secundum narrata Aribonis „penes hanc ecclesiam sibi habitaculum construxit, Basilicam aedificavit... vinearum plantans copiam, et pomiferis decorando arboribus et alimoniam pauperibus praeparavit", quae omnia intra decursum unius alteriusve anni praestari non potuere. Constructo etiam monasterio officium suum episcopale*) ibidem et quaquaversum exercuit, eoquod limites dioecesium nondum essent determinati.

Anno 724, ab insidiis infensae sibi Piltrudis fugiens et asylum quaerens, Majas (quod castellum ab anno 723 circiter in potestate Luitprandi Longobardorum Regis erat) festinus venit, et inde Romam.

Baronius ad hunc annum 724 (§. XVIII.) ita scribit: „Eodem ferme tempore, cum s. Corbinianus Frisingensis „Episcopus perfunctus esset annis octo Episcopatus, amore

*) Im Orig. p. 26.

„quietis Romam venit ad Gregorium Pontificem, ut missio-„nem peteret ab Episcopatu, quam non obtinuit."

Corbinianus inde Majas rediens, ibi in secundum circiter annum commoratus est.

Anno 725 Carolus Martellus cum exercitu in Bavariam veniens Piltrudem captivam abduxit. Grimoaldus in fuga occiditur. Hugbertus eidem succedit, et circa annum 726 s. Corbinianum ad sedem suam episcopalem Frisingensem reducit.

S. Corbinianus 8. Sept. 730 moritur, ejus corpus primum Frisingae in sua ecclesia sepelitur, dein Majas transfertur, et demum sub Aribone Frisingam reportatur.

Qualis fuerit character mentis et agendi ratio hujus sancti Antistitis, optime exprimit ipse Aribo cap. V., dum ait: *Erat enim vir Dei valde facundus et humanitate præ-„cipuus, conversatione inter omnes praeclarus, contra vitia „ad irascendum facilis, velox ad ignoscendum conversis, „non piger in bona operatione, deditus orationi, studiosus „psalmodiae, praeclarus in vigiliis, frequens in jejuniis, „largus in eleemosinis, in omni bono semper promtissimus, „vir mitis atque modestus, nulli pietate secundus*".

In crypta prima ara lateralis ex parte epistolae ejus honori dicata existit, cum inscriptione in inferiori parte versus aram summam:

TUMBA. S. CORBINIANI. PRIMI. EPISCOPI. ET FUNDATORIS. ECCLESIAE. FRISINGENSIS. OBIIT. VIII. SEPTEM. A° DN̄I. DCCXXX.

2. Erimbertus*), frater s. Corbiniani, Frisingensis monasterii Abbas, a s. Bonifacio, qui authoritate apostolica dioecesium Bavariae limites ao. 739 designavit, in Episcopum ordinatus, obiit 1. Jan. 749. Sepultus in ecclesia cathedrali, in porticu laterali ex parte epistolae, non procul ab ara s. Joannis.

3. Josephus, a mense Martio ai. 749 Episcopus, dictus Beatus, obiit 17. Jan. 764. Sepultus in ecclesia monasterii (postea Collegiatae) in Isen.

*) Im Orig. p. 27.

4. Aribo, Episcopus electus ao. 764, obiit 4. Maji 784. Sepultus in ecclesia cathedrali post sepulchrum Erimberti.

5. Atto, electus ao. 784, obiit 27. Sept. 810. Sepultus in ecclesia cathedrali post Aribonem.

6. Hitto, el. ao. 810, obiit 10. Dec. 835. Sepultus in crypta prope aram ss. Alexandri et Justini.

7. Erchambertus, ab anno 836 Episcopus, obiit 11. Jan. 854. Sepultus in ecclesia s. Petri, quae non procul ab ecclesia cathedrali in exigua forma ecclesiae vaticanae extructa, anno 1803 vero destructa fuit. Lapis sepulchralis jam nunc in ambitu prope ecclesiam s. Benedicti muro infixus est.

8. Anno, el. 854, obiit 9. Oct. 875. Sepultus in ecclesia cathedrali post sepulchrum Attonis.

9. Arnulphus, el. 875, obiit 21. Sept. 883. Sepultus in ecclesia cathedrali post Annonem.

10. Walto, el. 883, obiit 18. Maj. 906. Sepultus in ecclesia cathedrali post Arnulphum.

11. Utto*), el. 906. Occisus prope Presburgum ab Hungaris 30. Julii 907. Corpus ejus, translatum Frisingam, sepultum est in ecclesia cathedrali prope sepulturam familiae Comitum de Sempt et Ebersberg, in porticu laterali ex parte epistolae versus finem.

12. Dracolphus, a mense Sept. 907 Episcopus, obiit 25. Maji 926 in aquis Danubii.

13. Wolframus, a mense Dec. 926 Episcopus, obiit 11. Jul. (juxta necrologium Weihensteph. et librum anniversaorum 7. Jun.) 938. Sepultus in ecclesia cathedrali post sepulchrum Waltonis.

14. S. Lantpertus, electus 28. Aug. 938, obiit 19. Sept. 957. Sepultus in crypta, ubi ara ipsi dicata ex adverso altaris s. Corbiniani existit.

15. Abraham, qui dicitur fuisse ex Comitibus de Goerz in Carinthia natus, electus 957, obiit 7. Jun. 992, probabilius 993. Sepultus in ecclesia cathedrali prope aram (seu capellam) s Thomae.

---

*) Im Orig. p. 28.

16. Godescalcus, electus 993, obiit 6. Maji 1006. Sepultus in ecclesia cathedrali post Wolframum.

17. Egilbertus ex Comitibus de Moosburg, elect. mense Jul. 1006, obiit 4. Nov. 1039. Sepultus in ecclesia cathedrali post Godescalcum.

18. Nitkerus, electus mense Dec. 1039, obiit Ravennæ in Italia 1052.

19. Ellenhardus ex Comitibus de Meran, ab ao. 1052 Episcopus, obiit 11. Mart. 1078. Sepultus in ecclesia collegiata s. Andr. in monte Frisingensi, quae anno 1804 demolita fuit.

20. Meginwardus*), qui dicitur fuisse ex Comitibus de Scheyern, qui eo tempore et jam antea ecclesiae Frisingensis Advocati erant atque in ipsa cathedrali familiae sepulturam elegerunt, electus 22. Mart. 1078, obiit 28. Apr. 1098. Locus sepulturae ignotus, verisimiliter in illa ipsa familia existens. Freibergerus autem in sua chronica asserit, quod mortuus sit Pragae et sepultus ibi in ecclesia cathedrali.

21. Henricus I. ex Comitibus de Ebersdorf in Austria, electus 28. Jun. 1098, obiit 9. Oct. 1137. Sepultus in ecclesia cathedrali ex parte evangelii intra cancellos, prope aras s. Leonardi et praesent. B. M. V.

22. Otto I., filius Leopoldi Marchionis Austriae, electus 1137, obiit 22. Sept. 1158 in monasterio Morimundi in Gallia. Sepultus ibidem prope summum altare.

23. Albertus ex Comitibus de Sigmaringen, electus 22. Nov. 1158, obiit secundum opinionem quorumdam ao. 1184, secundum inscriptionem lapidis sepulchralis autem 11. Nov. 1183. Sepultus in ecclesia cathedrali post sepulchrum Egilberti.

24. Otto II. ex Comitibus de Bergen, electus 1184, obiit 17. Mart. 1220. Sepultus in ecclesia cathedrali post Adalbertum.

25. Geroldus de Richolfsdorf ex familia Judmannorum, electus 28. Apr. 1220, depositus per bullam pontificiam 29. Jul. 1230, obiit 29. Mart. 1231. Tumulatus primum extra

*) Im Orig. p. 29.

ecclesiam, a successore Episcopo translatus in ipsam cathedralem et sepultus ante aram s. Pauli, ubi pro ipso et successore Conrado unum idemque existit epitaphium.

26. Conradus I. de Toelz et Hochenburg, Episcopus 1231, obiit Monachii 18. Jan. 1258, translatus Frisingam, sepultus in ecclesia cathedrali prope aram s. Pauli.

27. Conradus*) II. ex Comitibus de Wittelspach, electus 1258, obiit secundum epitaphium 3. Kl. Maji MCCLXX VIII. Quidam existimant, quod omissa fuerit unitas, adeoque ponendus sit annus 1279, 29. Apr. Sepultus in ecclesia cathedrali ex parte evangelii intra cancellos, prope aram ss. Georgii et Wolfgangi.

28. Fridericus de Monte albano, electus 1279, obiit 8. Dec. 1282. Sepultus in ecclesia cathedrali prope aram ss. Leonardi et Aegidii.

29. Enicho ex Comitibus de Wittelspach, electus 24. Jan. 1283. Obiit Viennae in Austria 23. Jul. 1311, translatus Frisingam, sepultus in ecclesia cathedrali prope aram ss. Georgii et Wolfgangi.

30. Godefridus de Hachsenacker, eletcus 1. Sept. 1311. Obiit Viennae in Austria 27. Aug. 1314, translatus Frisingam, sepultus in atrio ecclesiae cathedralis prope aram s. Catharinae.

31. Conradus III. Sendlinger, Patricius monacensis, electus 3. Oct. 1314, obiit, veneno per famulum interfectus, 12. Apr. 1322. Sepultus in ecclesia collegiata s. Joannis Bapt. in monte Frisingensi, a se fundata.

Defuncto Conrado III. capitulum ao. 1322 elegit Ludovicum de Chamstein, Canonicum capitularem, qui tamen a Sede apostolica non fuit confirmatus. Obiit 8. Febr. 1342. Sepultus in ecclesia cathedrali.

32. Joannes de Guttingen, a s. Sede apostolica constitutus, Episcopatus possessionem cepit 21. Mart. 1323, verum post quinque septimanas et duos dies obiit 26. Apr. 1323. Sepultus in ecclesia cathedrali prope gradus, per quos ad presbyterium ascenditur.

*) Im Orig. p. 30.

33. Conradus IV. de Klingenberg, sicut antecessor Joannes a Sede apostolica designatus, propter dissidia cum Imperatore Ludovico Bavaro*), cui capitulum cathedrale addictum erat, in Austriam abiit, ubi, ex redditibus bonorum ad Frisingensem ecclesiam ibidem pertinentium victitans, obiit in Ulmerfelden. Sepultus in ecclesia monasterii Lilienfeld.

Annus mortis incertus est. Biographia in porticu assignat annum 1337, 5. Martii; Meichelbeck vero asserit, quod cum ejus consensu ao. 1338 Landishuti erecta fuerit Parochia s. Jodoci (*T. II. P. I. p. 146),* qui actus tamen Paulo Episcopo tribuendus est (*Oef. II. p. 180 et seq.*). Illo enim tempore Conradus a sede Frisingensi absens erat, et Ludovicus de Chamstein electus se usque ad annum 1341, 26. Jan., ut Episcopum gessit *(Mon. boic. I. p. 306).* Secundum scripta quaedam monasterii Victoriensis in Carinthia et alia Conradus de Klingenberg qua Frisingensis Antistes usque in annum 1340 vixit.

34. Joannes II. de Westerhold, vel post mortem Conradi anno 1340, vel (ut alii existimant) ad ejus resignationem anno 1337 a summo Pontifice Bened. XII. denominatus Episcopus Frisingensis, ad sedem episcopalem nunquam venit, sed Avenione in curia pontificia commorans obiit ibidem ao. 1349.

Interea Leutoldus ex Comitibus de Schaumburg et Julbach, Praepositus ecclesiae Frisingensis, a capitulo cathedrali ao. 1342**) electus in Episcopum, se ut talem gessit; qui, prout in tabula ex adverso ecclesiae s. Bened. in ambitu suspensa notatum legitur, obiit ao. 1355.

35. Albertus ex Comitibus de Hochenburg, a Clemente VI. summo Pontifice, cujus Capellanus erat, 7. Oct. 1349 qua Episcopus Frisingensis constitutus, obiit 25. Apr. 1359 in civitate Stain Constantiensis dioecesis. Sepultus Rotenburgi in ecclesia collegiata s. Mauritii, a se et patre suo fundata.

36. Paulus de Harrach ab Innoc. VI. ecclesiae Frisingensi anno 1359 praeficitur, cujus possessionem 2. Jul.

*) Im Orig. p. 31.

**) Vgl. unten die Reihenfolge der Dompröpste, Nr. 27.

cepit, obiit in Austria. Sepultus in*) ecclesia Carthusiae Gemnicensis. Attamen in ecclesia cathedrali Frisingensi non procul a cathedra humi positus est parvus lapis cum inscriptione, quod obierit 23. Jul. 1377.

37. Leopoldus de Sturmberg, ecclesiae Frisingensi praeesse cepit ao. 1378. Obiit 5. Aug. 1381 Lacopoli *(Bischoflack)* in Carinthia, infelici lapsu ex ponte in amnem. *(Civitas Lacopolis cum ampla ditione ducentorum pagorum, vicorum etc. usque ad annum 1803 pertinuit ad Episcopatum Frisingensem).*

38. Berchtoldus de Wahingen, electus 20. Sept. 1381, obiit in Austria 7. Sept. 1410. Sepultus in capella ecclesiæ monasterii Neoburgensis prope Viennam.

Capitulum cathedrale 30. Sept. 1410 elegit Degenhardum de Weichs, Canonicum et Scholasticum, qui, Romae non confirmatus, obiit 7. Apr. 1425. Sepultus in ecclesia cathedrali in porticu ex parte evangelii intra cancellos.

39. Conradus V. de Hebenstreit, a Sede apostolica constitutus, numquam Frisingam venit. Obiit anno 1412 Lacopoli, a famulo suo occisus. Tamquam a se ipso interemtus ibidem in horto sepultus fuit; manifestata autem posthac veritate Episcopus Nicodemus ipsum inde levatum in ecclesia parochiali *(Alten-Lack)* magna cum solemnitate sepelivit.

40. Hermannus Comes de Cilia, 26. Jul. 1412 auctoritate apostolica missus et 29. Martii 1421 ad sedem Tridentinam translatus, ad eam non accessit, sed in patria civitate Cilia eodem anno 13. Sept. obiit.

41. Nicodemus de la Scala, a summo Pontifice suffectus 29. Mart. 1421. Obiit Viennae in Austria 13. Aug. 1443. Sepultus in ecclesia P. P. ordinis s. Augustini prope aram s. Crucis.

Post**) obitum Nicodemi capitulum cathedrale unanimiter elegit Joannem Grünwalder Praepositum, approbante Archiepiscopo Salisburgensi, verum Eugenius IV. anno 1443 suffecit Henricum de Schlick, quo tamen ao. 1448 resignante Joannes ad pacificam possessionem sedis episcopalis pervenit, ut infra.

*) Im Orig. p. 32.

**) Im Orig. p. 33.

42. Henricus II., ex Comitibus de Schlick in Weissenkirchen, ab Eugenio IV. ao. 1443 tamquam Episcopus Frisingensis constitutus, Frisingam numquam venit, sed in Austria ex redditibus dynastiarum et bonorum ecclesiae Frisingensis ibidem existentium victitans 15. Jan. 1448 Episcopatum Frisingensem in manus Nicolai V. summi Pontificis resignavit.

43. Joannes III. Grünwalder post resignationem Henrici II. sedem episcopalem Frisingensem ao. 1448 obtinuit. Obiit in Austria 2. Dec. 1452, translatus Frisingam, sepultus in ecclesia cathedrali non procul a cathedra.

44. Joannes IV. Tuelbeck, Patricius Monacensis, electus unanimiter 10. Jan. 1453. Resignavit Episcopatum ao. 1473 et obiit Monachii 9. Maji 1476. Sepultus in ecclesia B. M. V. penes ultimum altare ex parte evangelii.

45. Sixtus de Tannberg, ad resignationem Joannis antecessoris electus Episcopus 1473 et 12. Jan. 1474 Romae confirmatus. Wormatiae in comitiis aegrotans in monasterium Frankenthal delatus, obiit 14. Jul. 1495. Corpus ejus Frisingae sepultum fuit prope gradus, per quos ad presbyterium ascenditur. Epitaphium existit in atrio ecclesiae cathedralis.

46. Rupertus, Philippi Comitis Palatini filius, 1. Aug. 1495 a capitulo postulatus et 8. Febr. 1496 Romae qua Administrator confirmatus, 3. Dec. 1498 resignavit.

47. Philippus*), frater Ruperti, ad hujus resignationem 3. Dec. 1498 Romae confirmatus, 17. Maji 1499 possessionem cepit. Obiit 5. Jan. 1541. Sepultus in ecclesia cathedrali prope primam columnam post descensum in ecclesiam ex parte evangelii. Epitaphium in atrio ecclesiae muro infixum est.

48. Henricus III., frater antecessoris, 27. Aug. 1540 qua Coadjutor Philippi Romae confirmatus, possessionem a capitulo accepit 5. Oct. 1541. Obiit 31. Dec. 1551 Ladenburgi, sepultus Wormatiae.

49. Leo Loesch, electus a capitulo 15. Febr. 1552, con-

*) Im Orig. p. 34.

firmatus Romae 11. Maji eodem anno. Obiit 8. Apr. 1559, sepultus ad aram s. Justini. Epitaphium erectum existit in atrio ecclesiae cathedralis.

50. Mauritius de Sandizell, electus 12. Jun. 1559, confirmatus Romae 26. Maji 1560. Resignavit 18. Oct. 1566, obiit 26. Febr. 1567. Sepultus prope aram s. Justini. Epitaphium in atrio ecclesiae cathedralis prope aram s. Catharinae muro infixum est.

51. Ernestus, Alberti Ducis Bavariae filius, resignante Mauritio 1566 factus Administrator Episcopatus Frisingensis, solemnem ingressum habuit 16. Apr. 1568. Obiit Arensbergæ in Westphalia in reditu ex comitiis 17. Febr. 1612. Corpus ejus Coloniam deportatum ibidem in ecclesia cathedrali prope altare ss. trium Regum sepultum est.

52. Stephanus de Sciboltsdorf, electus 7. Maji 1612, Romae confirmatus 4. Mart. 1613, obiit 18. Jan. 1618. Sepultus ad aram s. Justini. Epitaphium post descensum ex atrio in ecclesia cathedrali ex parte dextera infixum est muro.

53. Vitus Adamus de Geebeck seu Gepoeckh, elect. 12. Febr. 1618*) et Romae confirmatus 14. Maji eod. anno, obiit 8. Dec. 1651. Sepultus in ecclesia cathedrali prope aram B. M. V. olim s. Elisabethae, quae est ultima intra cancellos ex parte epistolae, jam nunc dicta capella Principis.

54. Albertus Sigismundus, ex Ducibus Bavariae, filius Alberti Leuchtenbergici, tamquam Coadjutor Viti Adami postulatus 17. Apr. 1639, confirmatus Romae 10. Mart. 1642. Possessionem cepit 20. Febr. 1652, obiit 4. Nov. 1685. Sepultus in ecclesia cathedrali ante chorum. Epitaphium plane magnificum infixum est columnae ibidem ex parte epistolae.

55. Josephus Clemens, ex Ducibus Bavariae, filius Ferdinandi Mariae Electoris, tamquam Coadjutor Alberti Sigismundi postulatus 27. Nov. 1684, confirmatus Romae 6. Oct. 1685, obtenta possessione Archiepiscopatus Coloniensis dimisit Episcopatum Frisingensem 29. Sept. 1694, obiit 12. Nov. 1723.

*) Im Orig. p. 35.

56. Joannes Franciscus, ex liberis Baronibus de Eckher, electus 29. Jan. 1695, confirmatus Romae 30. Jan. 1696, obiit 23. Febr. 1727. Sepultus in crypta prope summum altare, a se erectum. Epitaphium magnificum infixum est columnae in ecclesia cathedrali ante chorum ex parte evangelii.

57. Joannes Theodorus, ex Ducibus Bavariæ, filius Maximiliani Emmanuelis Electoris, Coadjutor Joannis Francisci postulatus 19. Nov. 1723 et Romae confirmatus, cui post ejus obitum ao. 1727 successit, 1. Oct. 1730 consecratus, obiit Leodii 27. Jan. 1763. Sepultus ibidem in ecclesia cathedrali.

58. Clemens Wenceslaus, filius Friderici Augusti, Regis Poloniae et Electoris Saxoniae, 18. Apr. 1763 unanimiter postulatus, 20. Aug. 1768 capta possessione Episcopatus Augustani Frisingensem sedem vacare fecit. Obiit Oberndorffii in Algovia 27. Jul. 1812.

59. Ludovicus*) Josephus, ex liberis Baronibus de Welden in Laubheim, electus 23. Jan. 1769, confirmatus Romae 12. Jun. ej. a., obiit 15. Mart. 1788. Sepultus in crypta ante aram summam. Epitaphium in ecclesia cathedrali prope cathedram columnae infixum est.

60. Maximilianus Procopius, ex Comitibus de Toerring-Jettenbach, Can. Frising. 7. Febr. 1759, Capitularis 1770, Episcopus Ratisbon. 1787, in Episcopum Frisingensem electus 26. Maji 1788, obiit Ratisbonae 30. Dec. 1789. Sepultus ibidem in ecclesia cathedrali.

61. Josephus Conradus de Schrofenberg, Princeps Praepositus Berchtesgadensis, obtenta bulla eligibilitatis electus 1. Mart. 1790, et 30. Mart. ej. a. in Episcopum Ratisbonensem, obiit in Berchtesgaden 4. Apr. 1803. Sepultus ibidem in ecclesia Praeposituraе Canonicorum olim regularium s. Augustini.

---

*) Im Orig. p. 36.

V.

DE PRAEPOSITIS ET DECANIS CATHEDRALIS ECCLESIAE FRISINGENSIS.

In antiquis hujus ecclesiae documentis jam saeculo nono occurrunt nomina Praepositorum quorumdam et Decanorum.

Praepositi primitus oeconomi quasi et administratores reddituum capituli fuisse videntur. Successu temporis autem, sicut et alibi passim, cessavit hoc officium, et Praepositura habebatur pro prima post episcopalem dignitate.

A tempore concordatorum cum natione germanica haec dignitas in omni casu vacaturae a s. Sede Apostolica penitus libere conferebatur.

Anno 1725, 29. Nov., Benedictus P. P. XIII. ad instantes preces Joannis Francisci Episcopi Frisingensis constituit, quod in futurum nulli alteri, quam uni ex Canonicis, qui magis de majori ecclesia (cathedrali Frisingensi) bene meritus dijudicatus fuerit, reportata desuper ab*) Ordinario Frisingensi hujus majoris benemerentiae attestatione, conferenda sit. Quae norma etiam ab illo tempore usque ad initium hujus saeculi observata fuit.

Decani vocabantur etiam Archipresbyteri, quibus cura disciplinae ecclesiasticae et conservationis jurium capituli etc. incumbebat. Huic officio aeque annexa fuit dignitas. Electio illorum pertinebat ad capitulum. Penes ecclesiam Frisingensem Canonici olim simul cum monachis extiterunt; utrum tam hi, quam illi suos speciales habuerint Decanos, sicut alibi**), nondum satis constat. Anno 854 sub Erchamberto Episcopo in instrumento permutationis cum viro nobili Hittone fit mentio de consensu Canonicorum et monachorum in genere; ex aliis documentis autem constat, quod illo tempore Decanus fuerit Udalricus, simul Archipresbyter.

Successu temporis utrique dignitati auctoritate apostolica in perpetuum concessus fuit usus pontificalium, mantelletae violaceae, mitrae, baculi, annuli, pastoralium sanda-

*) Im Orig. p. 37.

**) Mon. boic. Vol. XIV. pag. 363 et seq.

liorum, chirothecarum, solemnium benedictionum, cum clausulis derogatoriis in futurum etc.

Praepositos et Decanos plures adhuc, quam quorum nomina hactenus innotuerunt, extitisse, dubitandum non est. Juvat interim illos, de quibus constat, recensere.

A.

Catalogus Praepositorum.

1. Oadalpaldus, Praepositus Presbyter sub Episcopo Hittone 833 *(Meichelb. Tom. I. P. II. p. 307)* et ao. 842 sub Erchamberto Episcopo *(Meichelb. ib. pag. 317, Nr. 621).*

2. Asmar vel Asmas, Praepositus sub Abrahamo Episcopo circa annum 970.

3. Wernherus, Praepositus sub Egilberto Episcopo circa annum 1010.

4. Erchankerus, Praepositus sub Ellenhardo Episcopo anno 1058 *(Meichelb. ib. p. 520, Nr. 1247).*

5. Arnoldus*), Praep. sub Ellenhardo Episcopo ao. 1074 *(Lib. tradit. Frising. fol. 114).*

6. Woliboldus seu Wolfoldus de Pulenhoven, Præp. sub Meginwardo Episcopo circa an. 1090. Fundavit sibi anniversarium in ecclesia cathedrali, tradens praedium suum Pillinchoven *(Pülenhofen prope Moosburgum)*, forsitan eo tempore, quo *(secundum Meichelbeckium T. I. P. I. p. 289)* institutum monachorum amplexus est. Fratres ipsius ao. 1116 huic fundationi addiderunt huobam in Flizing. Hujus Wolfoldi, Abbatis primum in monasterio Husenhoven *(Eisenhofen, successu temporis in Scheyern)*, postea vero Abbatis et Archidiaconi in Admont, egregias dotes et insignia merita praefatus Meichelbeck *(cit. loco et pag. 302 in fine et seq.)* eximie laudat, secundum ea, quae Canisius *(Antiq. lect. Tom. VI. in vita s. Gebehardi Archiepiscopi Salisburg.)* refert.

7. Ellenhardus, ex Comitibus de Ebersdorf, Praep. sub Henrico Episcopo ao. 1112, occurrit adhuc ao. 1120. Fuit frater Henrici Episcopi Frising. et Berchtae, quæ erat uxor Henrici Comitis de Biburg.

*) Im Orig. p. 38.

8. Adalpero de Harschenhofen, Praep. sub Henrico Episcopo anno 1129. Occurrit qua testis pro Ellenhardo Episcopo Frisingensi, de haeretica pravitate false inculpato, in synodo Salisburgensi, quae in civitate Lauffen celebrabatur *Vid. (Dalham in collect. concil. Salisburg. p. 67).*

9. Hoholdus, Praep. sub Ottone Episcopo ao. 1139. Occurrit *(in Monum. boic. T. VIII. p. 512)* ad an. 1140; ibidem *(Tom. IX. p. 499)* ad an. 1143 erronee sub nomine Nonhaldus; pag. 566 autem Hoholdus ad eundem annum. *(Vid. etiam Meichelb. I. 322.)*

10. Hermannus, Praepos. sub Ottone Episcopo 1146. Occurrit qua testis in literis Archiep. Salisburg. Conradi pro monasterio Raitenhaslach *(Mon. boic. Vol. III. p. 107).*

11. Adalbertus, ex Comitibus de Sigmaring, Praep. ao. 1157 et 1158. Hoc anno (1158 mense Nov.) eligitur in Episcopum.

12. Radewicus*), circa an. 1158 Praepos. *(Vid. Meichelb. in chronica Frising. germanica, p. 152, et hist. Frising. Tom. I. P. I. p. 333 in fine).* Fuit antea Canonicus ecclesiae Frisingensis, qui, posteaquam Otto Episcopus ao. 1156 operi suo historico de rebus gestis Friderici Imperatoris finem imposuit, illud continuavit, cui Baronius eruditissimas addidit animadversiones.

13. Engelschalcus, Praepos. sub Alberto Episcopo ao. 1169 et 1170 *(Mon. boic. VIII. p. 516 et 517)*, antea Scholasticus, ille ipse, qui ecclesiam s. Benedicti post incendium anni 1159 restauravit, probabilius etiam idem, qui ao. 1163 erat Decanus.

14. Chunradus, ex Comitibus de Frontenhausen, Praepositus ao. 1190. Aderat ao. 1195 in synodo Salisb. *(Dalham. in collect. conc. Salisb. ad hunc annum).* Occurrit ao. 1197 pridie Kl. Julii qua testis in literis Henr. Imperatoris *(Oef. T. I. p. 712 b.)* Erat etiam Canonicus cathedr. ecclesiae Ratisb., ubi etiam electus fuit in Episcopum ao. 1204. — Vir ob dotes suas prorsus eximias laudatissimus.

15. Fridericus de Pubenhausen, Praep. ao. 1205.

*) Im Orig. p. 39.

Occurrit qua Canonicus ao. 1181, obiit ao. 1212. Sepultus haud dubie in ecclesia s. Bened., prope quam in picta tabula legitur: *Fridericus de Pubenhausen, Praepos. Frising. et Werdseensis, obiit ao. 1212, 21. Junii.*

16. Udalricus, ex Comitibus de Pergen, Praepos. cathedr. eccles. circa annum 1212*), antea Can. Frising. (ao. 1187) et Praepos. ad s. Vitum. Obiit 1225, prout in praedicta tabula notatur: *Udalricus Comes de Pergen, Praepositus Frisingensis et s. Viti, obiit ao. 1225.*

17. Conradus ex Comitibus de Plain, Praep. anno 1225. Obiit anno 1230, prout in praefata tabula legitur: *Conradus Comes de Plain, Praep. Fris., obiit ao. 1230.*

18. Utto seu Otto de Monte Albano, Praepos. ao. 1231, antea Can. et Archidiaconus (ao. 1226). Occurrit ao. 1244 *(in Mon. boic. T. V. p. 464)* qua summus Praepositus, item 1246 *(T. IX. p. 582)*, 1255 *(T. VIII. p. 506)* in literis pro monasterio Schaeftlarn, datis Frisingae in**) refectorio cathedrali 13. Kl. Julii, 1256 *(in Meichelb. hist. Frising. T. II. P. II. Nr. 24, 28 et 32)* et 1258 *(Mon. boic. T. IX. p. 585 et Meichelb. loco cit. Nr. 40)*. Obiit ao. 1264. Sepultus in ecclesia s. Benedicti, ubi sequens legebatur inscriptio sepulchralis: *Utto de Montalban, alias Schlandersberg, Praep. Frising., obiit ao. 1264.*

Ad annum 1237 *(in Monum. boic. T. IX. p. 562, 579 et 580)* occurrit aliquis Fridericus de Reurippe qua Praepositus Canonicorum majoris Ecclesiae in Frisinga, oeconomus scilicet capituli cathedralis. Anno 1256 ponitur inter Canonicos ordine sextus (*Meichelb. T. II. P. II. Nr. 32 p. 21)*. In monumentis monasterii Reichersbergensis saec. XII. plures occurrunt de hac familia Ruripe seu Rueripe *(Mon. boic. III. p. 409. 410, 425 et 438)* et villa Rurippe *(ibid.* p. 446).

---

*) In dem nachfolgenden Kataloge der Dombecane wird Nr. 15 bemerkt: Ortwinus de Humblen ex familia Judmannorum dimisit Decanatum obtenta Praepositura c. 1212 († 1216). — Hiernach wäre hier zwiſchen Friedr. von Bubenhauſen und Ulr. v. Bergen dieſer Ortwin einzuſchalten und Ulrich könnte erſt i. J. 1216 Dompropſt geworden ſeyn. D.

**) Im Orig. p. 40.

19. Fridericus de Monte Albano, Præpositus ecclesiae Frisingensis. Ao. 1266 (7. Id. Febr.) ut arbiter compromiss. inter Meinhardum Comitem Goritiae et Chunradum Episcopum Frisingensem sententiam fert. Occurrit qua Præpos. ao. 1277 in libr. praedial. et ao. 1278, 14. Kl. Jul. *(in Mon. boic. VII. p. 142).* Eligitur in Episcopum Frising. ao. 1279. Obiit 1282.

20. Henricus de Altzay occurrit qua Praepos. eccl. Frising. ao. 1279.

21. Eberhardus de Weilhaim, Can. Frising., Præpos. in Werdsee et Moosburg, fit Praepos. eccl. Frising. circa annum 1283. Obiit 1287, 25. Maji. Sepultus in eccl. s. Benedicti.

22. Gerhardus, ex Comitibus de Wittelsbach, frater Enichonis Episcopi, Praepos. 1288, 3. Sept. Occurrit ao. 1304 *(in Mon. boic. T. VIII. p. 540)* et 1307 *(X. p. 483).* Obiit 1312, 26. Apr. Sepultus in ecclesia s. Benedicti.

23. Otto de Thor (de Porta), Can. Frising., fit Praepos. circa annum 1312. Obiit ao. 1316 secundum tabulam prope eccles. s. Benedicti.

24. Meinhardus de Seveld, Can. Frising., fit Præpos. circa annum 1316. Obiit ao. 1319, 4. Oct., secundum eamdem tabulam.

25. Albertus, (Albrecht), Praepos. ecclesiæ Frisingensis, occurrit qua testis in literis familiae de Waldeck anno 1320*).

26. Conradus**) de Thor (de Porta), Can. Frising., fit Praepos. eccl. cathedr. ao. 1328.

27. Luitoldus, ex Comitibus de Schaumburg et Julbach, Praepos. eccl. cathedr. 1336, a capitulo cathedrali ao. 1337***) in locum Conradi IV. electus Episcopus,

*) Albert von Enna wurde i. J. 1323 Biſchof in Brixen, † 3. Nov. 1336. S. Sinnachers Beyträge zur Geſchichte der biſchöfl. Kirche von Säben und Brixen (Bd. II. S. 127—156) und die Beyträge zur Geſchichte des Erzb. M. Fr. (Bd. II. S. 27).

**) Im Orig. p. 41.

***) Vgl. oben den Katalog der Biſchöfe (Nr. 34) und die eben erwähnten Beyträge z. Geſch. d. Erzb. M. Fr., Bd. II. S. 45 u. 46.

sed Romae non confirmatus, prout supra in catalogo Episcoporum notatum fuit, obiit ao. 1355, sicut in tabula prope ecclesiam s. Benedicti legitur.

* *In Mon. boic. Tom. I. p. 304* erronee occurrit sub nomine *Eincoldus.*

28. Joannes de Cammerberg, Canon. Frising., fit Praepositus 1356, 6. Dec. — Anno 1371 (8. Id. Apr.) Gregor XI. incorporavit Præpositurae Parochiam Steinkirchen. — Joannes Praep. obiit 28. Aug. 1374. Sepultus in ecclesia s. Benedicti.

29. Nicolaus de Ebenhausen, Can. Frising., occurrit qua Praepos. ao. 1375. Obiit ao. 1381. Sepultus in ambitu ecclesiae cathedralis.

30. Joannes de Moosburg, filius Stephani II. Ducis Bav., frater Ludovici barbati, Ducis Ingolstad., ao. 1382 fit Praepositus Frising., ao. 1384 ab Urbano VI. constitutus Episcopus Ratisbonensis. Obiit 25. Apr. 1409. Sepultus Ratisbonae in ecclesia cathedrali ante aram s. Andreae.

31. Henricus de Meseriz, Pomeranus, occurrit qua Praep. majoris ecclesiae Frisingensis ao. 1386.

32. Jacobus Prunner de Thalhausen, Can. Frising., fit Praep. 13. Apr. 1390*).

33. Eglolphus Hornpeckh de Hornbach, Canon. Frising., fit Praepos. ao. 1392. Obiit 1418 (17. Jun.) Sepult. in ecclesia s. Benedicti, ubi in fenestra prope aram summam illius insignia gentilitia, vitro colorato repraesentata, conspiciebantur**).

34. Wilhelmus Schilwaz de Schilwazhausen, Can. Frising., fit Praepos. 1418 et Archidiaconus 1424. Obiit 1429. Sepultus in ecclesia s. Joannis in monte Frising.

35. Nicolaus de Gumppenberg, Can. Frising. et Augustanus, fit Praepositus Frising. ao. 1429, resignat Præposituram 1440. Obiit 18. Apr. 1443. Sepultus in eccles. s. Benedicti.

36. Joannes***) Grünwalder, filius Joannis Ducis

*) Vgl. unten den Katalog der Dombecane (Nr. 31).

**) Vgl. den nämlichen Katalog (Nr. 30).

***) Im Orig. p. 42.

Bav. Monacensis, Can. Frising. et Vicar. gen., ad resignationem Nicolai de Gumppenberg obtinet Praeposituram ao. 1440. Eligitur a capitulo in Episcopum ao. 1443, Romae non confirmatus. Ao. 1448 tamen post resignationem Joannis II. sedem episcopalem obtinuit. Obiit 1452 (2. Dec.). Sepultus in ecclesia cathedrali.

37. Udalricus de Nussdorf, Can. Frising. et Passav., fit Praepos. ao. 1445. Electus 19. Jul. 1451 a capitulo Passav. unanimiter in Episcopum Passaviensem, repugnante Imperatore Friderico, confirmatus a Nicolao summo Pontifice 1454 (4. Nov.). Obiit 1479 (4. Non. Sept.). Sepultus Passavii in ecclesia cathedrali ante aram s. Joannis.

38. Udalricus Riederer de Paar, Can. Frising. et Augustan., Cancellarius Friderici Imperatoris, fit Praepositus Frising. 1454. Occisus Neostadii in Austria 1462.

39. Rudolphus de Rudestraim (forsan Rudigkheim), Decanus Wormatiensis, Pii Papae Referendarius et Orator, fit Praepos. Frising. 1462 *(Raynald ad annum 1463, Nr. 4).*

40. Udalricus Aresinger de Dürggenfeld, Can. Frising. et Decan. ad s. Petr. Monachii, fit Praepos. Frising. ao. 1463. Resignat Praeposituram 1474. Obiit Monachii 1485 (30. Oct.). Sepultus in sua ecclesia s. Petri prope capellam s. Catharinae.

41. Theodoricus Mayr, Patricius Augustanus, decretorum Doctor, fit Praepos. Frising. 1475. Possessionem cepit 1. Mart. Erat etiam Praepos. Eichstettensis. Obiit ao. 1507.

42. Ludovicus Comes Palatinus et Dux Bavariae, obtinet Praeposituram eccles. cathedr. Frising. ao. 1507, quam resignat ao. 1511.

43. Georgius Comes de Ortenburg, Can. Frising., fit Praepositus 1511. Assumit sibi Coadjutorem Leonem Loesch ao. 1551. Obiit 7. Maji 1553. Sepultus in ecclesia cathedr. ex parte evang. intra cancellos.

44. Leo Loesch de Hilgertshausen, Can. Frising., Coadjutor Praepositurae ao. 1551. Eligitur in Episcopum Frisingensem 1552. Obiit 1559.

45. Vitus de Fraunberg, Can. Frising., Salisburg.,

Ratisb., Passav. et Augustan. Obtinet Praeposituram eccl. cathedr. Frising. per resignationem**) Leonis Loesch ao. 1553, quam resignat Alexandro Fugger 29. Apr. 1562. Eligitur in Episcopum Ratisbonensem 29. Decemb. 1563. Obiit 21. Jan. 1567. Sepultus Ratisbonae in ecclesia cathedrali in capella s. Andreae.

46. Alexander II., L. B. de Fugger in Kirchberg, Can. Frising., fit Praepos. 1563. Adscivit sibi Coadjutorem Antonium Welser ao. 1611. Obiit 5. Febr. 1612. Sepultus in ecclesia cathedrali.

47. Antonius Welser, Patricius Augustanus, Can. Frising., obtinet Praeposituram post resignationem Alexandri Fuggeri 1612. Petit sibi dari Coadjutorem Joannem Bapt. Rembold ao. 1618. Obiit 20. Sept. 1618. Sepultus in ecclesia s. Bened. prope aram s. Joan. Evang.

48. Joannes Bapt. Rembold (Antonii Welseri ex sorore nepos), Patricius Augustanus, Pauli summi Pontificis Praelatus et utriusque signaturae Referendarius Auditorque Rotae. Canonicatus cathedr. eccl. Frising. possessionem cepit 15. Dec. 1618 et Praepositurae 25. Dec. ej. a. In calendario capituli cathedr. Frising. prima vice comparuit pro anno 1620. Obiit 19. Nov. 1626.

49. Melchior Cleselius (Klesel), natus Viennae in Austria 1553, Praepos. ad s. Steph. ibidem 1579, Administrator Episcopatuum Vienn. et Neostad. 1594, Episcopus Vienn. inauguratus 1602 (29. Jan.), anno 1616 a Paulo PP. V. in collegium Cardinalium adscitus sub titulo s. Mariae de pace, ab Urbano PP. VIII. post obitum Joannis Remboldi Praeposituram ecclesiae cathedr. Frising. obtinuit, cujus possessionem cepit 27. Apr. 1627. Obiit Viennae 18. Sept. 1630. Sepultus ibid. in ecclesia cathedr. ad s. Steph. prope aram capellae B. Mariae Virginis, ubi duo eidem successive posita fuerunt epitaphia, quorum inscriptiones, unacum Frisingensibus, in altera exhibebuntur dissertatione. Vir hic praeclarissimus, ob fata sua memorabilis, Monachii etiam, in ecclesia B. Mariae Virginis, quae jam nunc metropolitana existit, sui memoriam reliquit; episcopalis nimirum

**) Im Orig. p. 43.

ipsius pileus viridis (non cardinalitius, prout multi existimant*) in presbyterio ex alto fornice dependet, quem haud dubie anno 1607 ibidem reliquit, quo ad aram s. Bennonis sacra peregit et 22. Jul. ej. a. coram immensi populi concursu ex cathedra verba fecit.

50. Ernestus**) Adalbertus de Harrach, Archiepiscopus Pragensis, et S. R. E. Cardinalis, Praepositurae Frisingensis possessionem consecutus 8 Oct. 1630. Obiit 26. Oct. 1667.

51. Fridericus Landgrav. Hassiae Darmstad., ao. 1636. Romae coram Urbano PP. VIII. professionem fidei deposuit, ao. 1655 in collegium Cardinalium adscitus, ao. 1668 (7. Febr.) Praepositurae Frising. possessionem cepit, ao. 1673 eamdem resignavit obtento Episcopatu Wratislaviensi.

52. Joannes Sigismundus Zeller, L. B. de et in Leibersdorf, ad resignationem Friderici Praepositurae possessionem adeptus 1673, obtinet Canonicatum eccl. cathedr. 18. Jan. 1678. Postea successive Administrator Episcopatus Frisingensis, Suffraganeus, Archidiaconus, Vicarius generalis. Vir apprime memorabilis, cujus gesta in altera dissertatione unacum ejus epitaphio exhibebuntur. Obiit 30. Dec. 1729. Sepultus in eccl. s. Bened.

53. Joannes Franciscus Bern. Ign. L. B. de Donnersberg, fit Can. Frising. 1723, Praepos. ao. 1730. Obiit 13. Mart. 1768. Sepultus in ecclesia cathedrali.

54. Ludovicus Josephus de Welden, Can. Frising., Praepos. 17. Mart. 1768. Eligitur in Episcopum Frisingensem 23. Jan. 1769. Obiit 15. Martii 1788. Sepultus in crypta ecclesiae cathedralis.

55. Christophorus Franciscus Benno Eckher, L. B. in Kapfing et Lichteneck, Can. Frising. et Augustanus, fit Praepos. Frising. 2. Martii 1770. Obiit 25. Nov. 1787. Sepultus in ecclesia cathedrali post descensum ex atrio ad sinistram.

56. Franciscus Eustachius L. B. de Hornstein, Can.

*) Die Farbe dieſes Hutes iſt nicht grün, ſondern roth, wovon man ſich, bey der Beſichtigung deſſelben in der Nähe, leicht überzeugen kann.

**) Im Orig. p. 44. D.

Frising. et Augustanus, Praepos. Frising. 1787. Obiit 19. Jan. 1805. Sepultus Frisingae in communi coemeterio.

57. Josephus Joan. Nep. Leopoldus L. B. de Stengel, Can. Frising., Coadjutor praecedentis Franc. Eustachii de Hornstein cum jure successionis, adeoque post illius obitum (ao. 1805) Praepositus actualis, verum illo tempore, post saecularisationem, absque pleno effectu. Ao. 1821 constitutus Praepositus novi metropolitani capituli Monacensis et Frisingensis. Obiit Monachii 5. Aug. 1822. Sepultus ibid. in communi coemeterio.

B.

Catalogus*) Decanorum.

1. Udalricus, Decanus et Archipresbyter sub Episcopo Erchamberto ao. 842 *(Meichelb. hist. Frising. T. I. P. II. Nr. 621).*

2. Chuno, ex Comitibus de Moosburg, Choriepiscopus et Decanus ao. 915 *(Meichelb. T. I. P. I. p. 157.)*

3. Udalricus, Magister fratrum et Decanus sub Ellenhardo Episcopo circa annum 1060 *(Meichelb. T. I. P. II. Nr. 1236.)*

4. Adalbero de Toerring, Can. Frising. et Salisb. ao. 1061. Electus Decan. Frising. ao. 1082. Proficiscens Salisburgum ad electionem novi Archiepiscopi, verisimiliter ipse eligendus, obiit submersus in Salza fluvio 25. Mart. 1090 *(Paul. Metzger, fol. 339, et Franc. Dückher, fol. 98).*

5. Meginhardus, majoris eccl. Frising. Decanus sub Meginwardo Episcopo ao. 1090, 1095, 1096 *(Liber commutationum eccl. Frising. fol. 3, 10 et 11).*

6. Henricus de Schwidmankirchen, Can. Frising. 1090, Decanus et Archipresbyter 7. Kl. Jul. 1103, cujus parentes ad altare B. Mariae Virginis in crypta missas fundaverunt.

7. Engelschalcus de Koenigseck, Decanus sub Episcopo Henrico circa annum 1112.

8. Adalbertus de Laymingen, Decanus ao. 1129.

*) Im Orig. p. 45.

Testis pro orthodoxia Ellenhardi Episcopi olim Frising. in synodo provinc. Salisb. in civitate Lauffen celebrata *(Dalham. collect. concil. Salisb. p. 67).* — Occurrit adhuc ao. 1142, qui erat quartus Episcopi Ottonis, conveniens cum indictione V. *(Mon. boic. IX. p. 566).*

9. Chuno, ex Comitibus de Andechs, Can. Frising. 1136, Decanus 1143 *(Mon. boic. IX. p. 499).* Occurrit etiam ao. 1144.

10. Udalricus de Sulzberg, Decanus ao. 1147. Occurrit etiam 1148 *(Meichelb. T. I. P. II. p. 553),* item 1154 *(Mon. boic. II. p. 448)* et 1155 *(Mon. boic. III. p. 426).*

11. Adalbertus*) de Werdt, familiae de Laber, Decanus 1157 et 1158 *(in libro magno tradit).*

12. Engelscalchus, Can. Frising. et Scholast. ao. 1147 — 1157, Decanus sub Alberto Episcopo ao. 1163 *(Meichelb. T. I. P. I. p. 360)*; verisimiliter idem, qui annis 1169 et 1170 comparet inter Praepositos. Dicitur fuisse ex familia de Seeveld, alibi de Achdorf, quod verisimilius esse videtur.

13. Rudolphus de Hausen, Decanus ao. 1174. Occurit ao. 1177 *(Mon. boic. X. p. 43 et seq.)* Aderat Salisburgi ao. 1180 *(Dalham in collect. concil. ad hunc annum, p. 82).* Anniversarium illius in necrologio capituli Frising. notatum erat ad diem 10. Febr., qui verisimiliter erat dies obitus.

14. Berchtoldus de Geboltspach, Decanus ao. 1181 *(lib. magn. tradit.).* Occurrit 1190 *(ib. et Meichelb. T. I. P. I. p. 381. Mon. boic. VI. p. 194 et IX. p. 571).*

15. Ortwinus de Humblen, ex familia Judmannorum, Can. Frising. 1181, Decanus 1191 *(Mon. boic. IX. p. 572).* Occurrit 1194 *(Mon. boic. X. p. 45)* et 1195 *(Mon. boic. VIII. p. 524).* Testis in docum. incorp. Parochiae Grefelfing ad monast. Raitenbuch, ao. 1206. Dimisit Decanatum obtenta Praepositura c. 1212. Obiit ao. 1216.

16. Conradus, ex Comitibus de Schaumburg et Julbach, dictus felix Puer, Can. Frising. 1181, Decanus ao.

*) Im Orig. p. 46.

1212 *(Mon. boic. VII. p. 388)*. Obiit ao. 1216 secundum tabulam prope eccl. s. Bened.

17. Bernardus de Waldeck, Decanus ao. 1217.

18. Rudolphus, ex Comitibus de Biburg, Can. Frising. 1206, Decanus 22. Mart. 1222. Obiit 19. Apr. c. 1227.

19. Eberhardus Sibenprait, Can. Frising. 1220, Decanus 1227. Comparet ut talis usque ad an. 1256 in variis documentis *(Meichelb. T. II. P. II. Nr. XI. Mon. boic. I. p. 382. VIII. 506. IX. 583)*. Obiit juxta necrolog. 20. Sept. verisimiliter ao. 1257.

20. Hartnidus de Aich, Can. Frising. ao. 1241. Comparet ut talis adhuc ao. 1256 et qua Decanus ao. 1258 *(Mon. boic. IX. 585)*.

21. Conradus*), forsan ex Comitibus de Schaumburg et Julbach. Occurit qua Decanus ao. 1262.

22. Otto Sappo, Can. Frising. 1230. Occurrit ut talis ao. 1256 et qua Decanus ab ao. 1265 usque 1278. Verisimiliter resignavit in favorem, et obiit, prout in tabula prope eccles. s. Bened. notatur, 22. Apr. 1279.

Post hunc ponitur in quibusdam scriptis aliquis Berchtoldus, electus fortassis nullo habito respectu ad resignationem Ottonis in favorem Henrici.

23. Hainricus de Schoenprun, Can. capit. Fris. 1267, Decanus 1278. Obiit juxta tabulam saepe memoratam 1299. Commissorium igitur Bonifacii summi Pontificis in causa monasterii Schaeftlariensis de ao. 1294 ad hunc ipsum directum fuit *(Mon. boic. VIII. 538 n. 29)*.

24. Gotfridus de Hachsenacker (prout insignia ipsius gentilitia probant, non de Greiffenberg, prout aliqui autumant. *Cf. Meichelb. T. II. P. I. p. 115)*, Magister et Decanus ao. 1302. Occurrit qua talis ao. 1303 et *(in Mon. boic. X. p. 483, Nr. 32)* ad an. 1307. Electus in Episcopum Frising. 1. Sept. 1311. Obiit 1314.

25. Otto de Machslrain, Can. Frising. ao. 1306, in Decanum electus 1311, Vicarius generalis ao. 1346**) Obiit

*) Im Orig. p. 47.

**) In den Mon. boic. (XIX. 423.) erſcheint er ſchon i. J. 1324 als Generalvicar. D.

3. Mart. 1347. Sepultus in eccl. s. Bened., quam restauravit, fundans duas Capellanias in illa, assignando redditus multorum bonorum. Plura de hoc cum epitaphiis inter Vicarios generales.

26. Henricus de Polhaim, dicitur fuisse frater Archiepiscopi Salisburg. Weichardi (6. Oct. 1315 defuncti), Canonicus Frising. ao. 1320, electus in Decanum ao. 1347.

27. Eberhardus de Gumppenberg, Can. Frising. 1337, electus in Decanum 1351. Occurrit sub nomine Erhardus *(in Mon. boic. XIX. p. 24.)* ad annum 1352. Fundavit anniversaria pro se et parentibus suis in ecclesia cathedrali ao. 1358. Resignavit eodem anno Decanatum. Obiit ao. 1374 fundato anniversario ad aram ss. Trinit. in atrio ecclesiae cathedralis.

28. Wernherus Harring de Razmannsdorf, Can. Frising. 3. Maji 1349, Decanus electus 1358. Occurrit sub nomine Wernhardus *(in Mon. boic. XIX. p. 552)* ad an. 1365 et *(ibid. VI. 432)* ad an. 1367. Obiit 9. Oct. 1368.

29. Berchtoldus*) de Fraunberg in Haag et Prun, Decanus ao. 1370. Sub ipso Gregorius PP. XI. incorporavit pleno jure Parochiam Aufkirchen prope Erding ad Decanatum capituli cathedral. Frising. 8. Id. Apr. 1373. Resignavit Decanatum 1378 et obiit 26. Febr. 1391. Sepultus in atrio ecclesiae cathedralis.

30. Eglolfus de Hornbach, Can. Fris. 1370, in Decanum electus 1378, Praepositus 1392. Obiit 1429**).

31. Jacobus Prunner de Pelhausen, Can. Frising. 1380, Praepositus 1390 et Decanus 1392. Ob gravia dissidia inter ipsum et capitulum 4. Apr. 1394 cessit Decanatum, datis reversalibus ad sex annos.

32. Conradus Toelkner, Can. capitul. Frising. 1386, Decanus in locum Jacobi Prunner 28. Apr. 1394. Obiit 25. Oct. 1397. Sepultus in eccl. s. Benedicti.

33. Jacobus Prunner, comparet denuo ut Decanus ao. 1400.

*) Im Orig. p. 48. **) Im vorstehenden Kataloge der Dompröpste wird (Nr. 33) der 17. Jun. 1418 als sein Todestag angegeben; 1429 ist ein Druckfehler der Originalausgabe.

34. Fridericus de Fraunberg in Haag et Prun, Can. Frising. 1395, Decanus 1402. Obiit ao. 1416. Sepultus in atrio ecclesiae cathedralis penes fratres suos Berchtoldum Decanum supra memoratum et Wilhelmum Can. Frising.

35. Hilprandus de Camer, Can. Frising. 1392, Decanus electus 20. Oct. 1416, Vicarius generalis 1417. Comparet ut Decanus in pluribus documentis ab ao. 1417 usque 1426. Obiit hoc anno 1426, 14. Oct. Sepultus in ecclesia cathedrali prope aram s. Michaelis.

36. Henricus Judmann de Steingriff, Can. Fris. 1400, in Decanum electus mense Novemb. 1426. Obiit 3. Maji 1436. Sepultus in ecclesia s. Bened.

37. Casparus de Mendorf occurrit 1436 primum in literis qua Vicedecanus (verisimiliter aegroto Henrico), electus in Decanum 31. Maj. 1436. Obiit eodem anno 24. Sept.

38. Henricus de Schmichen, Decanus electus mense Oct. 1436. Comparet qua Decanus in pluribus documentis ab ao. 1437 usque 1448. Resignavit Decanatum ao. 1451 obtenta parochia Zell in Zillerthal (Salisb. dioec.). Ao. 1455 resignavit etiam Canonicatum Frising. in favorem consanguinei sui Henrici de Schmichen. Obiisse dicitur ao. 1471.

39. Joannes*) Tyrndl de Schaldorf, summus Scholasticus et Vicarius gener. 1435. Electus in Decanum 1451. Occurrit qua Decanus 1454 usque 1456. Obiit 17. Mart. 1457. Sepultus in eccl. s. Bened.

40. Joannes Symonis, filius civis Frisingensis, decretorum Licent., Can. Frising. et Praepos. ad s. Joannem 1438, et ad s. Andr. 1450. Vicarius gen. 1445. Electus in Decanum 1457. Obiit 17. Maj. 1479. Sepultus in ecclesia s. Benedicti.

41. Joannes de Lamberg, Can. Frising. 3. Maj. 1474, in Decanum electus 1479. Occurrit qua talis in literis de annis 1483 usque 1502. Obiit 16. Maji 1505. Sepultus in ambitu ecclesiae cathedralis.

42. Sigismundus Sanfftl, Patricius Augustanus**), jur. u. Dr., Can. Frising. 1485, Decanus 1505. Resignasse dicitur

*) Im Orig. p. 49. **) Vergl. unten, S. 61.

ao. 1515, attamen mortuus est qua Decanus 2. Mart. 1519. Sepultus in eccl. s. Bened.

43. Degenhardus de Weichs, Can. Frising. 22. Jan. 1516, Decanus ao. 1519. Obiit 23. Febr. 1539. Sepultus in ambitu ecclesiae cathedr.

44. Antonius de Albersdorff, jur. u. Dr., Can. Frising. 1516, capitularis 1519. Ex commissione Episcopi Philippi adfuit in Synodo provinciali Salisburg. 1537. Decanus 4. Mart. 1539, jam ante Coadjutor Degenhardi. Vir eximie doctus. Obiit 24. Febr. 1560. Sep. in ambitu eccl. cathed.

45. Joannes Rudolphus de Hochenegg, Can. Frising. 1531, capitularis 1546, Can. simul Salisb. 1552. In Decanum Frising. electus 1560. Obiit 12. Febr. 1562.

46. Joannes de Adelzhausen in Weikerzhofen, Can. Eystetten. et Augustanus, etiam Frisingensis ao. 1531. Electus in Decanum 27. Febr. 1562. Unacum Episcopo Ernesto interfuit synodo provinciali Salisb. 1569. Obiit 18. Aug. 1580. Sepultus in eccl. cathedr. prope aram s. Michaelis.

47. Christophorus Gail, theol. Lic., Can. Fris. 1. Oct. 1574, Coadjutor Decani Joan. de Adelzhausen, hoc defuncto actualis Decanus 28. Aug. 1580. Obiit 20. Dec. 1584. Sepultus in eccl. s. Bened.

48. Adamus Perwang, Can. Frising. 1565, Decanus (verisimilius Coadjutor prioris) 3. Febr. 1584, actualis post 20. Dec. ej. anni. Obiit 2. Nov. 1585. Sepultus in eccl. s. Bened.

49. Joannes*) Pancratius Rumler, theol. Dr., Can. Fris. 30. Apr. 1577. Electus in Decanum 1585. Resignavit Decanatum in manus summi Pontificis 1594. Obiit eodem anno 3. Apr. Sepultus in eccl. s. Bened.

50. Udalricus Hackher, jur. u. Dr., Can. Frising. 11. Jul. 1589, Decanus ao. 1594. Obiit 13. Jul. 1610. Sepult. in eccl. s. Bened. ex parte altaris s. Barbarae.

51. Joannes Christophorus Hoerwart ab Hochenburg, Patricius Augustanus et jur. u. Dr., Can. Frising. 1580. Electus in Decanum 1610. Obiit 10. Jan. 1619. Sepultus in ecclesia s. Bened.

*) Im Orig. p. 50.

52. Wilhelmus de Koenigsfeld in Güttingen, Can. Fris. 1585. Electus in Decanum 1619. Obiit 11. Jan. 1625. Sepultus in ambitu eccl. cathedr.

53. Joannes Georgius de Puch in Than et Walkersaich, Can. Frising. 1610, capitularis 1615, electus in Decanum 26. Febr. 1625. Obiit 19. Aug. 1658. Sepultus in ecclesia cathedrali. Vir ob insignia merita praestantissimus *(Meichelb. T. II. P. I. p. 398)*.

54. Joannes Georgius de Rechling, Patricius Augustanus, ss. theol. Dr., Can. Frising., 8. Jul. 1628, electus in Decanum 24. Sept. 1658. Obiit 18. Sept. 1665. Sepultus in ecclesia cathedrali prope aram s. Mich.

55. Joannes Sigismundus de Neuhaus, L. B. de Greiffenfels, Can. Frising. 12. Oct. 1623, Scholasticus 1645, el. in Decanum 19. Oct. 1665. Obiit 3. Dec. 1683. Sepultus in eccl. cathedr. prope aram visit. B. M. V.

56. Joannes Franciscus Eckher in Kapfing et Lichtenegg, Can. Frising. 30. Jun. 1673, capitularis 25. Aug. 1675. Electus in Decanum 24. Jan. 1684, et in Episcopum 29. Jan. 1695. Obiit 23. Febr. 1727.

57. Andreas Lenzer, ss. th. Dr., Can. Frising. 6. Jul. 1666, capitularis 1685, Decanus 1696. Obiit 21. Nov. 1698. Sepultus in choro eccl. s. Bened.

58. Joannes Henricus Franc. Dominicus, S. R. J. Comes de Hochenwaldeck et Machslrain, Can. Fris. 7. Jun. 1684, capitularis 1691. Electus in Decanum 18. Dec. 1698. Obiit 27. Febr. 1727. Sepultus in ecclesia cathedrali prope capellam Kepserianam.

59. Joannes*) Christianus Adamus Comes de Koenigsfeld in Zaizkofen, Can. Frising. 26. Sept. 1695, capitularis 1708. Electus in Decanum 6. Maji 1727. Obiit 6. Jul. 1766. Sepultus in navi eccl. cathedr.

60. Josephus Aloysius Franciscus de Edlbeck, Can. Frising. 20. Jun. 1713, capitularis 1722, Can. Passav. 1743. Electus in Dec. Frising. 8. Aug. 1766. Obiit 26. Jan. 1770, ultimus familiae. Sepultus in eccl. cathedr. in accessu ad capellam Kepserianam.

*) Im Orig. p. 51.

61. Josephus Dominicus Comes de Taufkirch, Can. Frising. 15. Dec. 1750, Officialis 20. Jul. 1767, Decanus, posteaquam Canonici capitulares in electione post scrutinia saepius repetita non convenere, ab Episcopo constitutus 5. Apr. 1770. Obiit 22. Maji 1772, cum pararet se ad venationem, ex improvida et incauta tractatione sclopeti. Sepultus in ecclesia cathedrali ex parte evangelii prope columnam, antequam perveniatur ad gradus, per quos ascenditur ad presbyterium.

62. Joannes Adalbertus L. B. de Bodmann, Can. Frising. 9. Jun. 1756, capitularis 1768. Electus in Decanum 21. Jul. 1772, Canonicus simul Ratisbon. Obiit 14. Jun. 1787 in thermis Gasteinensibus *(Archidioec. Salisburg.)*. Sepultus ibi in ecclesia Vicariatus. Epitaphium tamen etiam in ecclesia cathedr. Frisingensi eidem erectum est ex parte evangelii in tertia columna.

63. Joannes Nepomucenus Franciscus Xav. L. B. de Stroehl, ss. th. Dr., Can. Frising. 26. Mart. 1771. Electus in Decanum 21. Jul. 1787. Obiit Monachii 18. Nov. 1813. Sepultus in communi coemeterio prope capellam.

*

Sat multos ex hactenus recensitis plane meritissimos fuisse, satis superque constat; qua de re in altera dissertatione unacum epitaphiis mentio occurret. Idem monstrabitur in serie eorum, qui tamquam Proepiscopi, Coepiscopi, Suffraganei et Vicarii in spiritualibus generales Coadjutores Episcoporum erant. Canonici etiam, illi praesertim, qui per ultima sex fere saecula usque ad annum 1803, respective ad annum 1821 cathedrali ecclesiae Frisingensi addicti erant, eodem modo adjungentur*).

Hoc**) nimirum anno (1821) sedes episcopalis Frisingen-

*) Mit der Herſtellung neuer Kataloge der freyſingiſchen Generalvicare und Domcapitulare hat ſich Hr. v. Heckenſtaller in den letzten Jahren ſeines Lebens zwar noch unverdroſſen beſchäftiget, dieſe mühſame Arbeit aber, gleich jener über die Grabſchriften im Dom zu Freyſing, nicht mehr zu Stande gebracht. Jetzt können dieſelben mit möglichſter Vollſtändigkeit und Genauigkeit in einem der folgenden Bände dieſer Beyträge geliefert werden. D.

**) Im Orig. p. 52.

sis, in vim conventionis inter Sanctissimum Dominum Pium VII. Summum Pontificem, et Serenissimum Maximilianum Josephum Bavariae Regem, anno 1817 statutae, Monachium translata atque in Metropolitanam, ea tamen conditione erecta fuit, quod hujus sedis Antistites Archiepiscopi Monachii et Frisingae nuncupandi sint, qua occasione novum etiam capitulum Metropolitanum erectum fuit.

Praefato anno 1817, cum secundum canonicas sanctiones etiam illi, quorum intererat, quoad ea, quae mutanda erant, auditi fuere, Sanctissimo Patri praeter alia humillime proponebantur: *Dubitandum non esse, conventionem ipsam eo tantum modo executioni dandam fore, ut ecclesia cathedralis Frisingensis suo non destituatur honore; ecclesia illa cum primis veneranda, a qua jam ante undecim saecula lux christianae religionis, moralitatis et culturae in praecipuam Bavariae partem permanenti modo emanavit; ecclesia illa, a viro apostolico s. Corbiniano pro honore Dei et animarum salute fundata; ecclesia illa, in qua ossa tot venerabilium Antistitum aliorumque requiescunt, qui sanctitate, pietate, doctrina, meritis et nobilitate eminuerunt, plures etiam ex illustrissima prosapia Ducum Bavariae oriundi . . . dignissima plane ecclesia, cujus splendor in ævum conservetur!*

Duas enim cathedrales in eadem Dioecesi existere posse, ex historia ecclesiastica notum est. Pagius in sua critica in Baronii Annales ad annum 1060 (§. VI.) plura affert exempla, dum ait: *Praeter Sistarciensem Episcopatum sunt alii, in quibus duae ecclesiae concathedrales reperiuntur. Math. Paris ad annum 1132, de Roberto Episcopo Cestrensi verba faciens, ait: Habet Episcopatus ille usque hodie tres sedes. Ughellus in Italia sacra affirmat ao. 1076, Episcopatum Capuanum in duas sedes divisum fuisse, ex quibus antiquior Capuae remansit et recens apud Pontem Casulinum constituta est.*

Mich. Ant. Frances, juris pontificii Doctor, in suo opere *(de ecclesiis cathedralibus earumque privilegiis, cap. IX.)*, posteaquam a n. 6. usque ad n. 73 causas adduxit, ex quibus cathedralis ecclesia sua dignitate privari posset (quarum nec ulla quoad Frisingensem, et ne a longe quidem

obversatur) n. 78 concludit: Titulus cathedralis perpetuus est!

De his, quae cathedrali ecclesiae Frisingensi ab ao. 1803 usque ad jubilaeam saeculi undecimi memoriam acciderunt, unacum iis, quae ipsam erectionem novae Sedis concernunt, alias opportuna occurret mentio.

Anhang

einiger Schreiben, mit welchen Dombechant v. Heckenstaller Exemplare vorstehender Abhandlung versendet, und einiger Rückäusserungen, die er hierauf erhalten hat.

1.

An den Päpstlichen Staatssecretär, Cardinal Somaglia.

Excellentissime et Reverendissime Domine, Domine, ac Patrone benignissime!

Sanctissimum Patrem nostrum, Papam Leonem duodecimum, jam ante annos viginti sex, eo scilicet tempore, quo adhuc officio Nuntii Apostolici in nostris partibus fungebatur, Frisingae in aula tunc episcopali aliquantum commorantem, debita cum reverentia coram veneratus sum.

Summo cum gaudio animique solatio ex Sanctissimi ejusdem literis, 15. Nov. 1823 ad me exaratis, cognovi, quod Sanctissimus Pater mei adhucdum recordari dignetur.

Eram illo tempore Principis Episcopi Frisingensis Consiliarius ecclesiasticus et Secretarius, cancellariaeque episcopalis Director; post obitum vero Episcopi Vicariatus generalis Director et demum ultimo tempore pro ecclesia et dioecesi frisingensi Vicarius Apostolicus, donec sedes episcopalis, unacum toto capitulo, Monachii instituta fuit.

Anno 1824 recordati sumus, quod saeculum integrum effluxerit ab illo anno, quo in antiqua ecclesia cathedrali frisingensi, in gratam memoriam, quod ab ipsa dudum ante mille annos lux christianae religionis in Bavariam et confinem Tyrolis partem emanaverit, religiosa festivitas celebrata fuit. Congruum igitur et conveniens esse visum fuit, similem ibidem solemnitatem repetere, ad cujus expensas ipse Rex noster mille florenos conferre dignatus est.

Quo autem hujus solemnitatis memoria perennior fieret, ego pro parte mea, anno aetatis meae septuagesimo septimo et ecclesia-

sticorum servitiorum quinquagesimo tertio, dissertationem quamdam historicam de antiquitatibus hujus ecclesiae scribere tentavi, cujus aliqua exemplaria etiam typis exarari curavi.

Rogo humillime, ut Eminentia Vestra Reverendissima unum de his acceptare, et defectus illi forsitan inhaerentes senio meo benigne indulgere velit.

Simul autem impense demississimeque rogo, ut alterum exemplar unacum humillimis literis meis ipsi Sanctissimo Patri opportuna occasione ad clementissimas manus praesentare dignetur, utpote Cui hujus ecclesiae recordatio certe non ingrata erit.

Me ipsum de reliquo summae gratiae et benevolentiae debita cum veneratione commendo

(Monachii 20. Nov. 1824.)

Eminentiae Vestrae Reverendissimae

humillimus et devotissimus servus
J. de Heckenstaller, Cap. Dec. et
civ. merit. ord. bav. Eques.

Ab extra:

Eminentissimo et Reverendissimo Dno.
S. R. E. Cardinali, Julio Mariae della
Somaglia, Ssmi. Dni. nostri Dni. PP.
Leonis XII. Secretario status etc.
Romae.

2.

An Sr. Päpſtliche Heiligkeit Leo XII.

Sanctissime Pater!

Maxima cum animi laetitia ex gratiosissimis literis, 15. Novembris anno praeterito ad me exaratis, cognovi, quod benevolentissimo animo Tuo aliqua mei memoria ab illo tempore obversetur, quo ultimo Episcopo frisingensi Josepho Conrado addictus eram.

Recordaberis multo magis venerabilis cathedralis ecclesiae frisingensis, quam ipsus praesens piissime veneratus es.

Ecclesia haec, jam modo pauper et vix non penitus derelicta, illa ipsa est, a qua dudum ante undecim saecula lux christianae religionis in praecipuam Bavariae et confinem Tyrolis partem permanenti modo emanavit.

Pro grata hujus insignis beneficii memoria ultimo mense Octobri religiosa quaedam solemnitas coram immenso populo concurrente devotissime et ordinate per dies octo celebrata fuit, ad quam Tu ipse, Sanctissime Pater, indulgentias plenarias in forma jubilaei clementissime concedere dignatus es.

Ego pro parte mea solemnem bina vice missam ibidem celebravi, et, septimum licet ultra septuagesimum aetatis annum cum agerem, dissertationem tamen quamdam historicam ad honorem hujus ecclesiae scribere tentavi, cujus aliqua exemplaria etiam typis excudi curavi.

Suppliciter rogo, ut unum ex his ad manus clementissimas accipere, defectus et errores forsitan inhaerentes senio meo benigniter indulgere, ecclesiae ipsi benevolentissime favere et mihi demum, omnium minimo, paternam benedictionem, pro qua, cum osculo sacrorum pedum, humillime supplicor, benignissime impertiri digneris, qui me summis gratiis et favoribus impensissime commendo.

M. 20. Nov. 1824.

Sanctitatis Tuae

humillimus, obedientissimus,

devotissimus etc.

Ab extra:

Ad Summum Pontificem

Romae.

3.

Antwort Sr. Päpſtlichen Heiligkeit.

Leo PP. XII.

Dilecte Fili salutem et Apostolicam Benedictionem. Jucunda sane Nobis est cathedralis istius Ecclesiae recordatio, quam, dum in minoribus essemus, invisimus; jucundius vero accidit, quod scribis de religiosa solemnique supplicatione, mense Octobri ad eam peracta per dies octo, frequentissimo populo undique confluente ad concessam a Nobis plenariam indulgentiam consequendam; et quod historicam ejusdem Ecclesiae conscripta dissertatione, cujus ad Nos mittis exemplar, illustrandam susceperis. Dignum profecto erat adeo insignis templi religioni consulere, quod tum ex iis, quae narras, fieri caeptum esse didicimus, tum ex eo, quod nuper a Nuntio Nostro apud Bavariae Regem accepimus, Seminarium scilicet in eadem constitui. Legemus sane libenter lucubrationem tuam, Tibique et grati sumus pro munere, et pietatem eruditionemque tuam, et mentis vim ista aetate vel commentando parem gratulamur. Quae ut dona dignetur misericordiarum Pater in multos annos, cum assiduis omnigenae gratiae incrementis prorogare precantes ex animo, Apostolicam tibi Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum die 3. Aug. 1825.

Pontificatus Nostri Anno II.

Leo PP. XII.

Ab extra:

Dilecto Filio Josepho de Heckenstaller,

Decano Capituli Metropolitani Monachium.

4.

An Se. Majestät den Kaiser von Oesterreich.

Allerdurchlauchtigster, Großmächtigster Kaiser!
Allergnädigster Kaiser und Herr!

In der Domkirche zu Freysing, von welcher vor mehr als eilfhundert Jahren das Licht des Christenthums über einen Theil von Bayern und Tyrol auf eine bleibende Weise ausgegangen ist, hatte im letztabgewichenen Monat October zum dankbaren Andenken eine kirchliche Feyerlichkeit unter dem Zuströmen einer unermeßlichen Volksmenge in guter Ordnung auf eine erbauliche Weise Statt.

Diese Kirche erhielt ihre erste Grunddotation i. J. 717 aus Gütern in Tyrol, hinnach aber durch die Großmuth der allerhöchsten Regenten von Oesterreich noch sehr ansehnliche Herrschaften in Oesterreich selbst sowohl, als in Steyermark und Crain.

Die anbethungswürdigste göttliche Vorsicht leuchtete in der Folge gar oft hervor, da die Bischöfe von Freysing, bey den im mittleren Zeitalter entstandenen kriegerischen Unruhen, Mißhelligkeiten und anderen widrigen Ereignissen auf den erwähnten Herrschaften einsweilen Sicherheit und ihren nöthigen Unterhalt fanden.

Ich selbst hatte in den letzten verhängnißvollen Kriegsjahren von dem Herrn Fürstbischof und dem Domcapitel zweymal den ehrenvollen Auftrag, den Kirchenschatz und die wichtigsten Archivalurkunden auf die gedachten Herrschaften in Sicherheit zu bringen, bey welcher Gelegenheit ich bey dem Ein- und Austritt der kaiserlichen Staaten und während des Aufenthaltes alle nöthige Hülfe, Förderung und Unterstützung auf eine Weise erhalten habe, welche ich immer im dankbaren Andenken erhalten werde. Alles brachte ich zur gedachten Kirche jedesmal richtig und unversehrt zurück. Euere Kaiserliche Majestät wollen huldvollst geruhen, für die dieser Kirche und mir zugegangenen Wohlthaten meinen ehrfurchtsvollsten allerunterthänigsten Dank allergnädigst zu genehmigen.

Im 77. Jahre meines Lebens und im 53 meiner Dienste, welche ich anfangs dem Bisthum Regensburg, seit 1788 aber jenem von Freysing als geistlicher Rath, sonach als Director und endlich als Vicarius apostolicus geleistet habe, unternahm ich es noch, zur Ehre dieser, jetzt armen und fast ganz verlassenen, Mutterkirche eine geschichtliche Abhandlung in lateinischer Sprache zu verfassen, und davon einige Abdrücke machen zu lassen, auch die Verfertigung einer deutschen*) unter mitwirkender Leitung zu besorgen. Ich bitte allerunterthänigst und ehrfurchtsvollst, Euere Kaiserliche Majestät wollen allergnädigst geruhen, Exemplare von beyden hiemit zu empfangen und die darin allenfalls befindlichen Fehler meinem hohen Alter huldvollst zu Guten

*) Hier ist Gandershofers Schrift: „Denkwürdigkeiten des Doms in Freysing" gemeynt.

zu rechnen, der ich mich sammt der oftgedachten Kirche zu allerhöchsten Hulden und Gnaden allerunterthänigst ehrfurchtsvollst empfehle.

M. 30. Nov. 1824.

Euerer Kaiserlichen Majestät

allerunterthänigst ehrerbietigst-
gehorsamster ꝛc.*)

Von aussen:

An Se. Kaiserl. Majestät, den Allerdurchlauchtigsten, Großmächtigsten Fürsten und Herrn Herrn, Franz den Ersten,
Kaiser von Oesterreich.

5.

Dankschreiben des Erzbischofs von Bamberg, Jos. Maria Freyherrn von Fraunberg.

Empfangen Ew. ꝛc. meinen besten Dank für die Uebersendung Ihrer geschichtlichen Abhandlung zur Ehre der Domkirche in Freysing. — Wie diese Sendung mir ein schmeichelhafter, sehr angenehmer Beweis einer besonderen Aufmerksamkeit für mich ist; so ist die Abhandlung selbst ein verdienstvoller Beweis Ihrer Huldigung für Alles, was Verehrung verdient, so wie die Arbeit beweiset, daß der in Geistesanstrengung ergraute Mann auch die Stunden der Ruhe noch der Arbeit widme.

Sie werden sich durch die versprochene Beschreibung der Grab- und Denkmäler den Dank der Gegenwart und Nachwelt erwerben, und Gott wolle Ihnen Gesundheit und Kraft geben, um dieses Werk noch vollenden zu können **).

Ich freue mich, Sie zu den wenigen zählen zu dürfen, die in unseren Tagen, wo so gerne das Alte zerstört wird, dieses mit heiliger Verehrung wenigstens im Andenken der Menschen zu erhalten suchen ꝛc.

Bamberg den 27. Nov. 1824.

---

*) Domdechant Heckenstaller erhielt vom Kaiser in Oesterreich, an welchen die Sendung, nach zuvor erholter specieller Bewilligung, erst im Monate September 1825 erfolgt zu seyn scheint, durch den österreichischen Gesandten in München, Grafen v. Trauttmansdorf, eine goldene Ehren-Gedächtnißmünze.

**) Heckenstaller hatte in der Zuschrift an den Erzbischof bemerkt: Die uralte, hochadeliche bayerische Familie von Fraunberg kommt in den freysingischen Urkunden so oft und so ehrenvoll durch Jahrhunderte vor, daß Ew. ꝛc. um so mehr an Allem, was die Kirche von Freysing betrifft, innigsten Antheil nehmen werden. Die Inschriften der Grab- und anderer Denkmäler, welche ich, wenn mir Gott Leben und Gesundheit verleiht, nachzutragen gedenke, dürften Ew. ꝛc. noch besonders interessant erscheinen.

6.

Dankschreiben des Coadjutors und Weihbischofes von Regensburg, Joh. Mich. Sailer.

Hochwürdigster ꝛc. Herr Dombechant!

Sie haben das Schifflein der Freysinger-Kirche in den schwierigsten Zeiten unter besonderem Beystande des Himmels durch Sturm und Flut glücklich durchgebracht. Das vergelt Ihnen der Herr! Dafür aber, daß Sie Ihrer gerechten und patriotischen Anhänglichkeit an die Freysinger-Diöcese und Kathedralkirche durch Ihre Dissertatio historica de antiquitate etc. ecclesiae cathedralis Frisingensis ein so herrliches Denkmal gestiftet haben, dafür kann Ihnen Vaterland und Kirche nicht genug danken.

Möge Ihr Lebensabend noch recht lang und schön zum Segen der Erzdiöcese Freysing fortdauern! so lang und schön, als Sie für die Diöcese Freysing — und auch unser geliebtes Regensburg gearbeitet haben ꝛc.

R. 19. Nov. 1824.

S.

7.

Auszug aus einem Schreiben des Bischofs von Augsburg, Ign. Alb. Riegg.

. . . . Dieses prächtige, in typographischer Hinsicht in den jetzigen Zeiten höchst seltene, und ich darf wohl sagen, in seiner Art einzige Werk ist gewiß das schönste Denkmal, das Sie der ehrwürdigen alten Freysinger-Domkirche setzen konnten, und zugleich das bleibendste Denkmal, das Sie als Folge Ihres so edelmüthigen und dankbaren Sinnes für diese, Ihnen durch die Länge der Zeit so lieb gewordene Mutterkirche sich selber setzen konnten. Mit Freude und gespannter Erwartung wird mit mir gewiß jeder Freund der Geschichte der versprochenen Fortsetzung dieses schönen Werkes entgegensehen.

Augsburg den 2. Dec. 1824.

8.

Auszug aus einem Schreiben des Andr. Räs (jetzigen Bischofs in Straßburg) an den Domcapitular Th. Pantal. Seneftrey.

. . . . Als Ihr Liebes hier anlangte, war ich eben darin begriffen, unserer Lebensgeschichte des hl. Corbinians den letzten Dienst zu erweisen, namentlich die Chronologie auch in Bezug auf die etwas verwickelte Reihenfolge der ersten bayerischen Herzoge zu verificiren. Die Arbeiten Ihres gelehrten Jesuiten Hausitz scheinen mir in letzterem Bezuge die bündigsten. — Zu meinem Vergnügen fand ich, daß ihr gelehrter Heckenstaller in der Zeitangabe mit uns im Einklange steht. Ueberhaupt freut mich in seiner Abhandlung die chronologische Accurateſſe, das erste Verdienst der Arbeiten dieser Art. Es wäre zu wünschen, daß jede katholische Kirche Deutschlands einen solchen Dissertator

fände, der in so liebenswürdiger Kürze die Gallerie ihrer Vorzeit aufstellte. — In der Lebensbeschreibung des hl. Maximilians werden wir nicht ermangeln, den oberflächlichen Winter, der in jeglicher Sache abspricht, wie ohne Manier, so ohne Geschick und Einsicht, nach seinem Verdienste abzufertigen, und Ihr Herr Decan hat auch ein rühmlich Werk gethan, denselben kurz hinzustellen, wie er war. In dem geschichtlichen Dilettantismus hat Winter seinen gleich gesinnten Michl gleichsam überflügelt, und das will nicht wenig sagen.

Mainz d. 20. Febr. 1825.

9.

Auszug aus einem Schreiben des geistlichen Rathes Plac. Braun in Augsburg an den Domcapitular Mart. Deutinger.

. . . . Ihr Herr Dombekan hat der uralten Kathedralkirche in Freysing ein merkwürdiges und elegantes Denkmal gesetzt, welchem das gelehrte Publicum theils wegen der typographischen Schönheit und gewählten Tabellen, theils wegen der gründlichen Bearbeitung und richtigen Darstellung des wichtigen Gegenstandes den verdienten Beyfall schenken wird. Ich las dieses herrliche Werk mit Aufmerksamkeit zweymal und fand darin viel Vergnügen und im Ganzen meine Zufriedenheit, nur ein und andere, vielleicht nicht unangenehme, Bemerkung will ich machen. P. 42 wird der Domprobst Mayr Theodorich genannt; Kham nennt ihn Hierarch. Aug. P. II. p. 261 Friedrich. — P. 43. Alexander Fugger von Kirchberg war Patricius Augustanus (v. Stetten Geschlechter-Geschichte von Augsburg S. 207). — P. 49 wird Sigmund Sanftl Patricius Augustanus genannt; allein dieses Geschlecht war nach v. Stetten niemals in Augsburg, wohl aber nach Lipowskys Urgeschichte v. München S. 288 allda ansässig.

Möchte besagte Abhandlung ein Vorläufer einer vollständigen Geschichte Freysings seyn, von welcher schon so vieles vorgearbeitet ist und zu der die reichsten Quellen in Menge vorliegen!

Augsburg d. 20. Nov. 1824.

10.

Dankschreiben des geistl. Rathes Bened. Schneider, Stadtpfarrers von St. Martin in Landshut.

Vor Allem steigt mein feyerlichstes Dankgebet zum Allerhöchsten empor, der unser eifrigstes Flehen erhört und uns den ehrwürdigen Veteran in dem Kreise unserer geistlichen Vorstände und die schönste Zierde unserer Diöcese in der letzten Krankheit erhalten und — für längere Zeit noch — wieder geschenkt hat. Aber auch Sie, Hochwürdigster ꝛc., empfangen und genehmigen meinen innigsten Dank für das herrliche Geschenk, womit Sie mich zu erfreuen geruhten.

Wahrlich! grosse, unaussprechliche Freude erzeugt in meinem Gemüthe

dieſes herrliche Werk, durch welches das Andenken der ſo altehrwürdigen Domkirche wenigſtens in der literariſchen Welt, wenn auch die politiſche ihren Untergang wünſchen und zu demſelben ſelbſt auch beytragen mag, ewig erhalten werden wird. Für mich exiſtirt kein Tempel auf Gottes Erdboden, der mir in einer Hinſicht ſo ehrwürdig und wichtig iſt, wie dieſer. Von meinem ſechsten Jahre bis in das eilfte in Freyſing erzogen, ward ich von meinen frommen Anverwandten alle Sonn- und Feyertage zum feyerlichen Gottesdienſte dahin geführt, und vom zwölften bis in das zwanzigſte Jahr in Freyſing ſtudirend, nahm ich an allen hohen Feyerlichkeiten daſelbſt Antheil und brachte die meiſten Stunden der Muſſe in Durchleſung und Betrachtung der häufigen prächtigen Monumente dieſes herrlichen Tempels, ſo wie der Porträts und der ihnen beygefügten Unterſchriften und daſelbſt abgebildeten Schlöſſer und Güter des Hochſtifts im Reſidenzgange zu. Durch die Dissertatio historica werden nun alle Ideen meiner Jugend und damit alle jugendliche religiöſe Gefühle und unſchuldige Vergnügungen erneuert, aber auch meine früheren Anſichten und Kenntniſſe berichtiget und vervollſtändiget.

So groß aber meine Freude bey der Lectüre Ihres wichtigen Werkes iſt, ſo groß, ich geſtehe es, war meine Trauer bey der Feyer des Jubelfeſtes, weil ich mich bey derſelben des Gedankens nicht erwehren konnte, daß derjenige Theil unſerer Zeitgenoſſen, der durch ſein Treiben es dahin brachte, daß dieſer ehrwürdige alte Biſchofsſitz viduirt und dem Looſe der Zerſtörung Preis gegeben wurde, ſeines Sieges gewiß, bey dieſem Jubelfeſte, wo nicht öffentlich, doch heimlich werde frohlocket haben.

Landshut d. 29. Jan. 1825.

II.

Statuta ecclesiae collegiatae s. Viti,

anno 1601 approbata.

Nos Ernestvs Dei gratia Archiepiscopus Coloniensis, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius et Princeps Elector, Episcopus Leodiensis, Administrator Hildessemensis, Frisingensis et Monasteriensis Ecclesiarum, Princeps in Stabl, Primatus et Archiepiscopatus Magdeburgensis Praepositus, Comes Palatinus Rheni, vtriusque Bauariae, Westphaliae, Angriae ac Bullonij Dux &c., Marchio Francimontanus &c.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus per Ciuitatem et Dioecesim nostram Frisingensem ubilibet constitutis, caeterisque omnibus, quorum interest, intererit, vel quouis modo interesse poterit in futurum, praesentes nostras literas inspecturis, lecturis vel legi audituris, Salutem in Domino, cum indubitata noticia subscriptorum.

Nuper nobis pro parte venerabilium nobis in Christo dilectorum Joannis Prunner Decani, Balthasari Weber Senioris, Michaelis Grätter, Georgii Fachner, et Christophori Gröbmer, Canonicorum tunc temporis residentium Ecclesiæ nostrae collegiatae Sanctj Viti martyris prope ciuitatem notram Frisingensem, propositum fuit, quod ipsi Decanus et Capitulum secum serio perpendentes, quantum omnes omnino Clericos, vt, qui in sortem Domini vocati sint, legum Ecclesiasticarum diligentes et accuratos obseruatores esse conueniat, quam exacte etiam ad Canonum praescripta et regulas praesertim illi, qui ab ipsis canonibus nomen acceperunt, vitam suam conformare teneantur, ita, vt non solum reliqui Clerici, verum etiam laici, illorum laudabilem con-

uersationem aspicientes, inde tamquam e speculo normam vivendi sibi expetant. Ideo dicti Decanus et Capitulares, zelo deuotionis accensi et motj, ac de animarum suarum, nec non praedecessorum et successorum suorum remedio et salute pie et deuote tractantes, certos quosdam articulos, non quidem omnes de nouo inuentos, sed maiori ex parte longo tempore obseruatos, denuo tamen per eosdem reuisos, correctos et ratificatos, in certam formam Statutorum redigendos duxerint atque redegerint. Vt autem hi eo perfectius in suo vigore persisterent et perpetua firmitate stabilirentur, Nobis humillime supplicarunt, quatenus tam pio et laudabili ipsorum proposito et desiderio clementer annuere nec non articulos siue statuta huiusmodi, cum omnibus et singulis clausulis et punctis inferius insertis, auctoritate nostra Ordinaria confirmare et approbare dignaremur, humili cum instantia petierunt. Tenor vero articulorum siue Statutorum sequitur, et est talis:

†

In Nomine Domini
Amen.

Etsi ab antecessoribus nostris multa, quae ad regimen et gubernationem Ecclesiae nostrae, quæ optima esse debet, et ad vitam bene et sancte instituendam transigendamque ac honestatem pertinent, diligentissime, moderatissime et exacte sunt praescripta ac constituta, vt nec meliora nunc adferri vel promulgari possint, ex quibus notum est omnibus et velut ob oculos positum, quid in administratione, ordine et statu suo sit sequendum vel fugiendum, tamen tempori hominum et collegii nostri statui accomodandae sunt leges. Quapropter nos Christophorus Kellner a Zinnendorff, Præpositus &c., Joannes Prunner, Decanus, Balthasarus Weber, Senior, Michael Gretter, Georgius Fachner, Christophorus Grebmer, Adamus Hackher, hoc tempore Canonici capitulares collegiatae Ecclesiae S. Viti prope Frisingam, sapientissime antea statutis et traditis quaedam non ita pridem a Reuerendissimo Serenissimoque Principe ac Domino, Domino Ernesto, Dei gratia Archiepiscopo Coloniensi, Sacri

Romani Imperij per Italiam Archicancellario et Principe Electore, Episcopo Leodiensi, Administratore Hildessemensis, Frisingensis et Monasteriensis Ecclesiarum, Principe in Stabel, Comite Palatino Rheni, Vtriusque Bauariae, Westphaliae, Angriae ac Bullonij Duce, Marchione Francimontano &c., Principe ac Domino nostro clementissimo, benignissime concessa, cum alijs infra scriptis statutis et legibus, non quidem de nouo inuentis, sed longo tempore obseruatis, de nouo tamen per nos ratificatis et concordibus animis laudatis, in vnum corpus coniungenda, et in hanc infra descriptam Statutorum formam redigenda ac de nouo vna cum alijs ab eodem Reuerendissimo et Serenissimo Principe Domino, Domino nostro benignissimo et clementissimo, authoritate et potestate Ordinaria ad perpetuam rei memoriam confirmanda et stabilienda optimum esse duximus, vt ijs firmatis et constabilitis regiminis et gubernationis Ecclesiae nostrae teneatur et seruetur debitus modus, ordo et status, metuque poenarum homines ab inhonesta, turpi, iniuriosa, facinorosaque uita deterreantur et corruptela malae consuetudinis, a qua igniculi virtutum extinguuntur, exoriunturque et confirmantur uitia contraria, abscindatur et penitus tollatur.

Quae cum ita sint, ad ipsas iam leges et statuta veniamus.

I.

Cum non solum magistratibus, sine quarum prudentia et diligentia collegium stare non potest, quorumque regimine omnia continentur, praescribendus sit imperandi, sed etiam subditis obtemperandi modus, primo et ante omnia supradicti Domini Praepositus, Decanus et Canonici ac eorum quilibet solitum Juramentum, in eorum et cuiuslibet ipsorum receptione per se aut procuratorem suum praestitum, inuiolabiliter tenebuntur seu tenebitur obseruare, provt libro Juramentorum inscriptum et hactenus est obseruatum.

II.

Dominus Praepositus non habet locum in Capitulo, nisi vocatus et ad sententiam dicendam requisitus fuerit.

III.

Dominus Praepositus, qui ecclesiae praeesse debet, si in residentia fuerit, temporibus festiuitatum maiorum in choro officijs diuinis et horis canonicis praesidebit et inofficiabit, ministros diuinorum ad refectionem vocando, et de oblationibus scholaribus altari ministrantibus diuidendo. In eius absentia Subpraepositus, si fuerit Canonicus et de gremio nostro, aut si idem etiam praesens non fuerit, ab eodem constitutus Canonicus id ipsum faciet.

IV.

In collationibus beneficiorum, ad Collegium S. Viti spectantium, Decanus et Capitulum conferre, praesentare et disponere habent.

V.

In tractationibus arduorum negotiorum Ecclesiae Dominus Praepositus, si resideat, vocari debet ad sententiam suam dicendam, aut in eius absentia Subpraepositus, saltem si de gremio Capituli extiterit.

VI.

Dominus Praepositus pro tempore, aut in absentia eius Subpraepositus, ad institutionem generalem vocatus, curias, quas hucvsque instituere consueuit, quinque numero, videlicet Paing, Tauffkhürchen, Himmelreich, Aest et Khiehnberg, instituat, institutionales nummos, non autem institutiones, quas vulgo vocant Lanndtſchuldt, solus recipiat. Caeteras vero curias, huobas seu praedia Decanus et Capitulum instituant, institutiones, nummos et nouas institutiones pro præsentibus, aut Ecclesiae necessitatibus, si occurrant, recipiant aut distribuant.

VII.

Dominus Praepositus pro tempore, aut in absentia Subpraepositus eius, praebendam seu portionem aequalem ex omnibus redditibus et obuentionibus Ecclesiae de corpore existentibus percipiat, vti hactenus percepit, et non vltra.

Exceptis curijs et redditibus suis extraordinarijs, in quibus solus interesse habet, quantum ad redditus accipiendos.

VIII.

Pulli ex oblationibus et contributionibus fidelium prouenientes et omnes nouae institutiones et praesentiae, tam extra quam in Ecclesia, inter Praepositum residentem, absens enim non est particeps harum distributionum, et Decanum, salua tamen in praesentijs eius praerogativa, ac alios Canonicos aequaliter diuidantur.

IX.

In distributione porcorum dentur, vltra communem et aequalem diuisionem inter eosdem factam, sexaginta denarij D. Praeposito residenti, absenti praeter aequalem cum alijs partem nihil datur.

X.

Dominus Praepositus debet vocari ad generales institutiones, scilicet ad institutionem generalem circa festum S. Galli, porcorum circa S. Thomae, retentarum circa S. Georgij et tunc etiam ad rationem Cellarij et Custodis Ecclesiae nostrae; sed si vocatus non venerit, debet illi postea per Cellarium tunc temporis existentem, quam primum commode fieri potest, de factis et conclusis summaria fieri relatio.

XI.

Si Dominus Praepositus non fuerit in residentia, aut in ciuitate Frisingensi non habitauerit, nec etiam tenebitur proprijs sumptibus tenere familiarem et equum, secus, si resideat, quia tunc ad hoc praestandum vigore Juramenti erit obligatus.

XII.

Vacante Praepositura nouus Praepositus, cui Decanus dabit possessionem, assumptus pro conseruatione ornamentorum Ecclesiae nostrae soluet bonum pallium chorale, seu valorem eiusdem iuxta suum honorem praestabit; hanc ob

causam in receptione non tenetur dare more aliorum Canonicorum pecuniam, vt vocant, statutorum. Loco quoque refectionis et prandij olim dari soliti numerabit idem Reuerendissimus Dominus Praepositus florenos rhenenses viginti, qui nulli alteri vsui quam fabricae vel custodiae nostrae applicentur. Haec nisi fecerit, Capitulum ad praestandum ei fructus et redditus non tenebitur.

XIII.

Pensandum valde est, quis ad culmen regiminis veniat, quia graui semetipsum afficit damnatione, qui ad aliquod dignitatis fastigium sublimat indignum, et iniquum est, diuitem, imperitum et minus bonum eligere ad sedem honoris Ecclesiae contempto paupere, instructiore, prudentiore et sanctiore. Ideo vacante per mortem aut alio quouis modo Decanatu talis successor seu Decanus de gremio nostro per Canonicos tunc temporis capitulares iuxta antiquam et probatam consuetudinem eligatur, qui possit in ecclesia et bonis tam temporalibus quam spiritualibus plus prodesse.

XIV.

A Decano electo Dominus Praepositus fidelitatis promissionem recipiat et data possessione eum confirmet.

XV.

Dominus Decanus Ecclesiae nostrae in omnibus redditibus et obuentionibus de corpore existentibus, siue praesens fuerit, siue ex causa incidenti ac rationabili ad tempus absens (quod tempus tamen se sine licentia Capituli vltra quatuordecim dies non extendat), similiter in praesentijs et quotidianis distributionibus mediam praebendam supra caeteros Canonicos semper habet, exceptis nouis institutionibus et praesentijs extra Ecclesiam nostram accidentalibus, necnon vino sabbathino, in quibus simplicem seu vnam duntaxat obtinet praebendam instar aliorum Canonicorum.

XVI.

Domino Decano ex officio incumbit, chorum frequentare, et curam ad chorum spectantium personarum habere. Ideo

debet corrigere negligentiam Canonicorum, Vicariorum, Ludirectoris, Cantoris, scholarium et aedituorum et excessus chori tam in Missis, diuinis officijs, quam horis Canonicis psallendis et caeremonijs commissos, et in vim correctionis huiusmodj praesentias suspendere, et si causam sufficientem habeat, subdiuidere, si vero dubium sit, auxilium Capituli desuper postulare et secundum melius consilium strictius et grauius punire, aut etiam, Canonicis tamen exceptis, eos a statibus eorum, si intractabiles fuerint, de consensu Capituli penitus amouere, si contumacia aut inobedientia delinquentium id requirat et exigat.

XVII.

Dominus Decanus debet praecipere in choro omnibus indifferenter ad regendum, inofficiandum et legendum, quantum tempus et necessitas requirit.

XVIII.

Orta controuersia inter personas Ecclesiae, Decanus, si poterit, discordantes ad concordiam trahat, et, quantum potestas eius se extendit, discutiat, aut per Capitulum id fieri procurabit, quod parere recusantes pro meritis, exceptis causis criminalibus et ad concubinatum seu quamvis carnalem incontinentiam spectantibus, ad quas iudicandas nostra potestas se minime extendit, puniat.

XIX.

Dominus Decanus, Senior atque adeo totum Capitulum diligenter obseruabunt, ut sigillum et secretum Capituli in Sacrario et cistula solita tribus clauibus reclusa retineantur et reponantur. Et ex clauibus praedictis vnam Decanus, alteram Senior, et tertiam Custos Ecclesiae fideliter conseruent et in absentia eorundem hae claues proxime superioribus seu senioribus committantur.

XX.

Reposita priuilegiorum, literarum, clinodiorum et reliquiorum sub simili custodia et clauium prouisione retineantur.

XXI.

In rebus arduis, videlicet electionibus, venditionibus et locationibus seu collationibus et exponendis pecunijs alicujus momenti, ac alijs similibus tractationibus plenarium Capitulum est colligendum. Sed in communibus et quotidianis tractationibus sufficit, vt Decanus praesentes conuocet et quod per maiorem et saniorem partem conclusum fuerit, pro rato teneatur, aliorum absentia non obstante.

XXII.

Quicunque de nouo in Canonicum recipitur, primo doceat, an sit Clericus legitime natus, annulum Decano Ecclesiae pro statuta pecunia et Capitulo pro collatione et prandio solenni quinquaginta libras denariorum, quae quidem pecunia tantum in rem fabricae vel custodiae nostrae vertatur, ministris Capituli, Domino Plebano, duobus Capellanis, Ludirectori, Cantori, Organistae, Equestri, duobus aedituis, singulis vnum florenum, denique pro cantatoria pecunia vnius anni viginti solidos denariorum soluat. Item cautionem per literas patentes et fideiussores sufficientes constituat et tradat, ipsum Capitulum in omnibus litibus, querelis seu controuersijs eum forsitan impugnantibus propter praebendam seu alias quouis modo indemne et illaesum seruando.

XXIII.

Canonicus de nouo receptus per biennium a tempore adeptae possessionis nihil ex fructibus et redditibus Ecclesiæ percipiat neque habeat. Elapso vero biennio, si possessionem ante festum diem S. Jacobi obtinuit, et persona vtilis existit, ac se in vigilia S. Jacobi praesentauit ante primum in vespertinis precibus finitum psalmum, ad fructus immediate futuros et contingentes admittatur. Si autem a festo die S. Jacobi computando ad diem acceptae possessionis suae biennium non compleuit, tunc eodem anno nullo modo erit recipiendus, neque ad fructus percipiendos admittendus.

XXIV.

Si Canonicus primum residere voluerit circa festum

diem S. Jacobi, pro conuiuio alias consueto ad numerum Canonicorum actu residentium in singula capita binos florenos fabricae vel custodiae nostrae pendat.

XXV.

Nullus Canonicus admittatur ad residendum et percipiendos fructus et redditus praebendae, nisi maioribus ordinibus initiatus sit, et primo anno residentiae presbyterii gradu possit insigniri.

XXVI.

Quilibet iunior Canonicus omnibus Dominicis et festis diebus absentibus Capellanis celebranti ministret, vsque dum alius eo iunior residere coeperit, nisi ipse ratione suae hebdomadis diuina celebret aut absens alium in locum suum substituat.

XXVII.

Quicunque Canonicus, infirmitate detentus, aut sacerdotij gradu nondum initiatus, septimana per ordinem sibi obueniente reliquis Canonicis presbyteris extra Quadragesimam octo, infra vero Quadragesimam et Aduentum decem solidos denariorum pro exequendis diuinis officijs in parata semper pecunia die Veneris septimanam praecedente numeret et persoluat.

XXVIII.

Sicut in Calendario anniuersariorum nostrorum scriptum est, quod pecuniae pratorum in Khienberg ad festum S. Joannis Baptistae annuatim cadunt soluendae, licet propter inopiam pauperum solutio earundem vsque ad institutionem differatur. Ideo hactenus obseruatum est, quod Canonicus in festo die S. Jacobi de nouo eodem anno praesentatus de ijsdem pecunijs primo anno residentiae suae nihil habeat, neque aliquis in futurum eo anno habebit.

XXIX.

Ne ex portionum et fructuum aequalitate et laborum sustinendarum inaequalitate materia dissensionis suboriatur,

Canonici iuniores seu Domicelli, vt ad sacros maiores ordines suscipiendos tempestiuius animum inclinent, et cum alijs aequale iugum ferant et sustineant, posthac, donec ad eosdem peruenerint et Capitulares facti fuerint, dummodo personaliter in residentia seu de facultate nostra in studio vniversali et catholico extiterint, viginti quatuor florenos pro omnibus et singulis fructibus, redditibus et prouentibus Ecclesiae nostrae singulis annis, vnam partem ad S. Michaelis, alteram ad Purificationis B. Mariae Virginis, exceptis tamen quotidianis distributionibus, quas si pro more Ecclesiae deseruierint, eisdem cedere et per Cellarium nostrum in pecunia persolui volumus parata, pro corpore praebendæ gratos acceptosque ferant, et eisdem sint contenti.

XXX.

Ne in dedecus et scandalum contra Canonicas sanctiones Ecclesia nostra illegitimis personis oneretur, et legitime natis aditus ad praebendas praecludatur, nullus apud nostram Ecclesiam S. Viti in Canonicum et Confratrem perpetuis futuris temporibus admittatur et recipiatur, nisi prius se ex patre et matre constante matrimonio esse legitime natum per testes aut literas sufficienter probet et doceat.

XXXI.

Si Domicelli aut Canonici de facultate nostra in Academijs catholicis et probatis studentes dissoluti fuerint, aut ex penuria personarum seu alia causa iusta ad residendum reuocati venire neglexerint, aut sine licentia a Capitulo impetrata se a studijs seu studij locis subtraxerint, iuxta consuetudinem erunt puniendi.

XXXII.

Quilibet Canonicus in maioribus ordinibus constitutus suam contingentem septimanam in diuinis officijs et horis canonicis prouidebit cantandam. Quod si diuina neglexerit, pro quolibet officio decem solidos denariorum sine contradictione persoluat, et pro qualibet horarum negligentia triginta duos denarios. Si vero pertinaciter septimanam can-

tandam omnino reliquerit, in corpore praebendae secundum excessus qualitatem per Capitulum puniatur.

XXXIII.

Si quis Canonicorum facta distributione praesentiarum dicat, se fuisse infirmum, aut aliam causam alleget, distributa non recuperabit, sed sibi ipsi ascribat et imputet, quod debito tempore id non significauerit.

XXXIV.

Si quis Canonicorum alio ire et tres aut quatuor dies abesse voluerit, non est, quod licentiam petat, si uero octo aut quatuordecim diebus ad negotia sua perficienda opus habuerit, a Decano facultatem postulet et obtineat, nisi grauis et euidens causa laxiorem diem concedi suaserit. Si autem aliquis diutius reuerti non potuerit, in Capitulo vsque ad mensem licentiam obtinere poterit. Si vero peregrinationis gratia exierit, licentia redeundi ad tempus eidem peregrino possibile prorogetur. Cum autem ad curiam Romanam aut alibi ex causa negotiorum propriorum aliquis exierit, ad trimestre licentiam in Capitulo obtineat. In absentia vero discedentium, nisi peregrinis et in negotio Capituli missis, praesentiae non dentur.

XXXV.

Si Dominus Decanus praesens non fuerit in danda licentia et alijs rebus perficiendis, semper Senior Capituli vices Decani in omnibus gerat.

XXXVI.

In matutinis et vespertinis precibus extra summas festiuitates Praepositus vel Senior a parte Praepositi primam antiphonam iuxta stallum suum, deinde Decanus vel Senior a parte Decani antiphonam sequentem intonet, sic alternatim continuando vsque ad finem. In his Decanus habet potestatem, negligentes corrigendi, aut si pertinaciter per contemptum neglectum fuerit, inobedientem seu rebellem capitulariter puniendi.

XXXVII.

Item antiquitus obseruatum est, vt Domicellus in omnibus processionibus crucem et thuribulum portet, ac ex iussione Decani Capitulum conuocet, ad ianuam, vsque dum finis imponatur Capitulo, expectet, prophetias et in vigilijs et matutinis lectiones legat et suo in ordine ad diuina ministret, atque alia laudabilia opera apud chorum et alibi consueta peragat, quae omnia deinceps sine intermissione sunt obseruanda.

XXXVIII.

Si quis Canonicorum ad certum negotium electus fuerit exequendum, solus aut cum alio seu cum alijs, et ex contemptu sine rationabili causa contradixerit, et officium aliquod recusauerit, iuxta decretum Capituli punietur.

XXXIX.

Canonici, qui duntaxat sub officijs seu horis, quibus praesentiae et distributiones quotidianae dantur, intersunt, et postea sine rationabili causa se de choro subtrahunt, diuinum officium negligentes, non solum in praesentijs, sed etiam fructibus de corpore praebendae existentibus iuxta condignum puniantur.

XXXX.

Tempore distributionis frumentorum Cellarius moneat Capitulum ad frumentum inspiciendum, deinde per officialem seu equestrem moueat et misceat, ne vni praeter alium melius aut deterius detur, tunc Dominus Praepositus aut Subpraepositus incipiat deportare suam partem, deinde Decanus, consequenter Senior et sic deinceps, donec vnusquisque percipiat portionem suam condignam.

XXXXI.

Ante distributionem frumentorum Cellarius nec sibi nec alijs quicquam de frumentis communicet aut tribuat, nisi quis ex necessitate ad molendinum modicum mittere cogatur, illud sine dolo et fraude atque absque aliorum praeiudicio et damno fiat.

XXXXII.

Impositis frumentis aut pecunijs seu distributionibus quibuscunque Cellarius triduo solutionem exequatur et omnibus satisfaciat, vti hactenus introductum et obseruatum est, alias per Capitulum ad hoc faciendum compellatur remedio poenae solitae mediante.

XXXXIII.

Cellarius habeat equum pro necessitate Capituli et propterea quatuordecim modij auenae ipsi praeter communem praebendae partem dantur, de quibus et officiales syluae expediet, si vero non habeat equum, dantur eidem tantum septem modij, et pro colligendis decimis in Zolling duo modij auenae.

XXXXIIII.

Cum redditus Parochiae nostrae tam exigui sint, vt Parochus se pro honore competenter alere et sustentare minime valeat, vnde accidit, quod saepe indigni non sine animarum dispendio ad eandem fuerint promoti, ex benignissimo assensu Reuerendissimi Serenissimique Principis ac Dominj, Dominj Ernesti, Electoris Coloniensis, Administratoris Frisingensis etc., Domini nostri clementissimi, redditus vnius Canonicatus et Parochiae in vnum corpus praebendae sunt redacti, hac tamen conditione, vt Parochus a Capitulo, ad quod ius praesentandi et recipiendi in vtroque mense spectare dignoscitur, receptus et Reuerendissimo et Illustrissimo Domino Ordinario spatio trium mensium a morte vel discessu antecessoris praesentatus, vnum beneficium sine altero non possit resignare, sed vno dimisso, alterum etiam necessario dimittere cogatur.

XXXXV.

Parochus sic receptus, qui minimum Philosophiae Magister debet esse, immediate a die acceptae possessionis suae percipiet omnes fructus et redditus tunc futuros totius praebendae, sicut alius Canonicus, ei tamen, etiam in actuali residentia defuncto, nec haeredibus illius fructus anni

gratiae, ne praeiudicium successori fiat, cedent, atque ideo illorum incapaces erunt.

XXXXVI.

Parochus per se ipsum munus praedicandi, confessiones audiendi, sacramenta administrandi obire tenetur, nisi forte infirmitate aut alia rationabili causa impeditus cum consensu Decani aut Capituli alium substituere cogatur.

XXXXVII.

Ad nullum alium Parochus in Ecclesia nostra dignitatis gradum aspiret, sed suo munere et officio, quod per se satis graue et onerosum erit, contentus sit, ideo in electionibus actiuam, non autem passiuam habebit vocem, vt inscriptio ipsius Capitulo data plenius demonstrabit. Si tamen in Decanum electus per biennium fructibus omnibus et emolumentis carere uoluerit, eo modo, quo supra capite 23. dictum est, dimidiata tantum praebenda, quam vltra cæteros Decanus capit, contentus, liberum erit ipsi, in electionem consentire munereque Decani fungi, Parochia statim vacatura et vna cum Canonicatu alteri conferenda.

XXXXVIII.

Ad annum gratiae, vulgo Todtenpfriendt, et percipiendos illius fructus, de quibus tamen etiam quotidianae distributiones excipiuntur, tantum admittuntur Canonici capitulares actu residentes et vno integro anno a festo die S. Jacobi computando seruientes, et in actuali residentia decedentes. Reliqui omnes et iuniores Canonici, quos Domicellos vocant, licet primum residentiae annum compleuerint, vel illo completo, antequam in Ecclesia effecti choro vno, sicut praefertur, anno seruierunt, incapaces sunt.

XXXXIX.

Vt domus residentiarum in posterum bene constructae absque ruinis conseruentur, quilibet Canonicus domum suam etiam in viuis habeat accepta debita recompensatione alteri Canonico communicandi potestatem. Si vero illam viuens

noluerit alteri communicare, post mortem a Capitulo vel alijs ad hoc rite deputatis domus demortui iuxta valorem suum aestimetur, cuius pecuniae a Canonico illam acceptante persolutae duae tertiae partes haeredibus defuncti, altera vero tertia pars thesauro Ecclesiae sine contradictione cujusque cedant.

L.

Cum superioribus temporibus saepissime inter Capitulum et defunctorum Canonicorum haeredes propter distributiones reddituum et fructuum praebendae dissensiones exortae fuissent ijque suspiciose saepius interpretari voluissent ac sic in fraudem demortui Canonici huiusmodi distributiones et alia suspensa et de die in diem protracta fuissent. Pro tollendis igitur his suspicionibus, quaerelis et dissensionibus volumus, vt Canonico, qui vixerit vsque ad primas vesperas Dominicae palmarum, quod de vnoquoque infra nominato festo intelligendum est, oua; pulli ad festum diem S. Viti Patroni nostri; anae seu anseres, census prætorum in Kienberg et omnium minutarum decimarum, necnon pecunia lignaria ex sylua nostra in Endorff ad primum diem rationis institutionalis; vinum sabbathinum in vigilia omnium Sanctorum; census porcorum in vigilia S. Thomae Apostoli; dimidia pars frumentorum ad festum diem S. Martini, et plena eorundem perceptio ad festum diem Purificationis Beatae Mariae Virginis; retenta et redditus Capellae B. Virginis et altarium Canonicorum atque cantatoria pecunia ad festum Diui Georgij fideliter et sine contradictione cedant, licet distributio dictorum reddituum nondum fuerit actu facta.

LI.

Vt neque Cellarius, neque alius ex Canonicis facere possit frumentorum commutationes aut etiam illa vendere ante communem frumentorum distributionem, volumus, vt commutanda et vendenda ad Capitulum referantur, a quo, si aliqua fuerit facta commutatio, ne pauperes subditi propter ius cellarij. vulgariter Vebermaß, nimium grauentur, ne etiam idem Cellarius salario defraudetur debito, Cellarius

in omnibus frumentis de vnoquoque floreno quinque cruciatos a commutante eidem soluendos accipiat.

LII.

Omnibus Sabbathinis diebus tenemur adire Cathedralem Ecclesiam propter vinum Sabbathinum, ex vsu ita nominatum; si quis ergo sextis ferijs in Vesperis aut sabbatho a diuino missae officio se absentat, a Capitulo pro condigno puniatur.

LIII.

Cum Sacerdotes, qui se diuinae functioni addixerunt, laicis sint exemplum viuendi, qui Dominicis et alijs diebus Parochiam S. Viti visitant et nostras conspiciunt caeremonias, iustum videtur et rationi consonum, vt dum per hebdomadarium aspersorium datur aut processiones fiunt, omnes Canonici, quantum fieri potest, diligenter intersint.

LIIII.

Item quia beneficium datur propter officium, antecessores nostri non immerito obseruarunt, vt quilibet Canonicus singulis septimanis daret scholaribus quatuor cruciatos, quo in choro psallendo et cantando diligenter laborent et inuigilent.

LV.

Ex honestate consuetum fuit, si aliquis Canonicorum hebdomadarius existens in matutinis, Vesperis aut officio adesse non potuerit, nullum alium substituat nisi Canonicum. Sed in alijs horis complendis Capellani id fecerunt hebdomadariis absentibus. In Vesperis tamen et Matutinis, si ex causa nullus Canonicorum adfuerit, dispensandum erit, vt Capellani vices Canonicorum absentium gerant, videlicet in institutione, distributione frumentorum uel in causis aliorum negotiorum arduorum.

LVI.

Omni quaternione anni vnus ex Canonicis a Capitulo ad inspiciendum profectum scholasticorum deputetur et propter pucrorum disciplinam et incrementum in futurum diligenter obseruetur.

LVII.

Infirmi tam in vini sabbathini quam nouarum institutionum distributionibus aequalem cum sanis et valentibus sicut in alijs praebendarum suarum fructibus percipiant portionem. Volumus tamen, infirmos semper aliquem ex confratribus, cum ordo eos tetigerit, substituere. Sin autem nullum ex eisdem, qui vices suos compleat, habere poterint, volumus eos haberi exemptos, ita tamen, vt sequens in ordine succedat.

LVIII.

Si quis in infirmitate constitutus distributionibus quotidianis ac de corpore existentibus gaudere voluerit, a tempore facultatis a Decano vel Capitulo adeptae domum suam seu domus eius septa non exeat sine licentia speciali. Quod si exierit, nisi pariter ecclesiam et collegium nostrum temporibus consuetis frequentauerit, tam in quotidianis distributionibus, quam de corpore existentibus secundum decretum Decani et Capituli puniatur.

LIX.

Ea bona, siue Choralia siue Claustralia siue alio quouis nomine dicta, quae hactenus ciuibus Frisingensibus seu aliis quibusuis ad dies uitae pro certo laudemio atque insuper annua pensione siue frumentaria siue pecuniaria aut alio quouis nomine nuncupata elocata sunt, omnia et singula in futurum ad solam et vnicam Capituli dispositionem tam ratione elocationis primae et constituendi laudemij nomine, quam etiam annuae pensionis pertineant ac pertinere debeant, ita vt tam ipsa laudemia, quam ex ijsdem bonis prouenientes aut in futurum etiam de nouo constituendae seu augmentandae pensiones nullo casu ad commodum ullius solius capitis et membrorum seu Canonicorum eiusdem Ecclesiae, sed ad diuisionem aequalem ad praebendam pertinere et cum reliquis fructibus eorumdem pro aequalibus portionibus inter capita et membra aequaliter diuidendis distribui possint.

LX.

Ea bona, quae quidem non ad dies vitae conducentium elocata, sed iuxta statuta vetera Canonicis capitularibus S. Viti a quouis Praeposito eiusdem Ecclesiae secundum senium collata sunt, in posterum pariter ad communem massam omnium et singulorum fructuum per anni circulum ad aequalem distributionem portionum praebendalium, provt ea, de quibus proxime praecedens articulus meminit, pertinentem distribui et cum effectu diuidi debent.

LXI.

Reliqua bona vltra et praeter praemissa, quae ex veteri nostrae Ecclesiae S. Viti consuetudine proprie choralia dicta sunt et in specie sunt haec sequentia, videlicet: 1. pratum Scheckhenhouers, 2. pratum prope domum Ringlers, 3. pratum prope domum Hermaus, 4. pratum prope Stainmartter, 5. Hochgarthnm, 6. pratum Maulpergers, 7. pratum Patzners, 8. pratum Velnpergers, 9. pratum prope portam S. Viti et pratum prope Lechner, si in futurum per obitum vel alium quemcunque casum humanum euenientem eadem claustralia in vnius vel plurium Canonicorum capitularium persona vacare contingat, eo casu optionem illorum claustralium ibi et in illorum Canonicorum capitularium persona incipi seu continuari volumus, vbi proxima optio praecedens desijt seu defecit, ad eum effectum, vt quantum fieri potest, inter confratres aequalis numerus claustralium bonorum existere et haberi possit. Ea tamen lege, vt vacantibus eo, ut praemittitur, modo bonis claustralibus quibuscunque quoad bonitatem, non autem quoad numerum illorum semper vacantis boni claustralis seniori Canonico optio deferatur, quo optante nouum bonum claustrale aliud ab eodem optante semper resignetur, adeoque ipso iure vacet, et secundum senium inter Canonicos vlterius optetur et acceptetur semper secundum illum numerum et effectum finalem, vt quoad numerum bonorum claustralium Canonici sint, quantum fieri potest, aequales, seniores vero solam hanc praerogatiuam prae iunioribus Capitularibus habeant, vt ex iure praeoptionis utiliora accipiant et habeant. Caeterum cum per hunc,

vt praefertur, modum agendi Praepositura suo iure conferendi claustralia praefata, atque emolumentis inde ad eam ratione honorantiarum (ut ab antiquo nominata sunt) priuetur, idcirco ut etiam eo nomine ex praesenti nostra institutione nulla disparitas, damnum seu praeiudicium oriatur, volumus, vt in recompensam praedictarum honorantiarum seu emolumentorum Praeposito pro tempore existenti ex praefata collatione claustralium saepe dictorum proueni-entium, et ad ipsum spectantium, quotiescunque Canonicus quicunque optione quacunque nouum claustrale in futurum acquisiuerit, ille Praeposito seu eius mandatario pro ipso Domino Praeposito et ad commodum eiusdem Domini Præpositi statim ipso optionis et acceptionis noui boni claustralis tempore soluere teneatur medium florenum in moneta.

LXII.

Capellani nostri, cum ex aliqua causa exire voluerint extra tempora ipsis concessa ad parochias nostras ipsis commissas seu locatas, nisi ibidem in cura animarum detineantur, alias a Domino Decano licentiam petant et obtineant ac loco sui pro missis celebrandis, vbi astricti fuerint, et ministratione ad altaria alios rogent, qui vices suas teneant et opera eorum expediant, alias pro meritis corrigantur et puniantur.

LXIII.

Capellani suas missas septimanales sine intermissione habeant, et quoties compertum fuerit, vnam missam aliquem neglexisse, toties quartale cerae ad ecclesiam numeret in parata pecunia sine remissione.

LXIV.

Juxta dictum Prophetae: *Dominus in templo sancto suo, sileat a facie eius omnis terra,* dignum et iustum est, vt omnes sacerdotes, Clerici, Ludirector, Cantor, scholares et aeditui et quicunque ecclesiam frequentantes extra necessitatem in Ecclesia nullas cauillationes, susurrationes, insolentias, indiscretos clamores, aut alia illicita opera ibidem

committant, sub poena per Decanum et Capitulum ipsis non immerito infligenda.

LXV.

Omnes supradicti chorum frequentantes, sed potissimum scholares, in choro non sedeant, sed decenter ante pulpitum stantes syllabiliter et cum debita mensura psallendo honeste se gerant, nisi cum epistola legitur, aut sub lectionibus in matutinis sedere poterunt, exceptis sacerdotibus, qui psallendo in vesperis aut matutinis et horis sedere consueuerunt.

LXVI.

Caeremoniae in summis festiuitatibus apud regentes et ministrantes ac scholares, thuribulum, nauiculam, et libros siue candelas portantes et inclinationes solitas facientes, hactenus consuetae, in posterum etiam diligenter obseruentur nec tamen aliae caeremoniae quotidianae ommittantur, sed semper continuentur.

LXVII.

Ludirector nullum Cantorem recipiat nisi de consensu Capituli, cui salarium consuetum, omni quaternione anni scilicet 9 fl. et 30 kl., tribuat, vti vsque huc est obseruatum.

LXVIII.

Scholares superpellicea et vestes decentes ac cooperimenta conuenientia deferant, in illis debitam et honestam discretionem seruando, et per transuersum chorum non discurrendo.

LXIX.

Decretum et conclusum est, vt haec statuta singulis annis in vigilia Sancti Jacobi publice in capitulo legantur. Et si quae alia statuta ex vsu aut necessitate seruanda reperta fuerint, in suo robore permaneant obseruanda.

Igitur statuta haec omnia et singula in omnibus et per omnia saepius repetita deliberato animo ac sponte et libere acceptauimus et acceptamus, eaque omnia et singula, provt scripta sunt, in aequali interpretatione quacunque contradi-

ctione cessante nos perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obseruaturos concordes data fide promisimus et promittimus, nosque vigore praesentium obligauimus et efficaciter obligamus, adijcientes, vt si quis statuta haec nostra in toto vel in parte aut quouis modo violauerit, pro qualitate grauitateque transgressionis, vel suspensione a perceptione fructuum, vel alia poena, provt sacri Canones, ratio aequitasque dictauerit, punietur.

Post quorum quidem Articulorum siue Statutorum insertorum praesentationem, receptionem, inspectionem, ac desuper habitam deliberationem, humilemque dictorum Decani et Canonicorum petitionem, Nos supplicationibus eorundem clementer annuentes, simulque attendentes et volentes, vt ea, quae ad diuini cultus augmentum, ordinisque ecclesiastici conseruationem et decentiam antiquitus pio zelo introducta, fundata, ordinata et conclusa sunt, vel adhuc introducuntur, fundantur, ordinantur et concluduntur, illaesa et illabata firmiter consistant et inuiolabiliter obseruentur: idcirco saepedictos Decani et Capitulj supramemoratae Ecclesiae Collegiatae Sanctj Vitj martyris articulos siue statuta, omnia et singula in ijsdem contenta, tanquam iusta et rationabilia ab omnibus inuiolabiliter obseruanda auctoritate nostra ordinaria approbamus, ratificamus et confirmamus, monentes praeterea, ac in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandantes, quatenus ordinationibus et constitutionibus praeinsertis, per Nos, vt praemittitur, approbatis, ratificatis et confirmatis, omnes et singuli tam praesentes quam futuri Canonici, caeterique, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet, in futurum diligenter intendant, aliaque omnia fideliter et inuiolabiliter obseruent, sub poenis et censuris, per Nos et successores nostros in rebelles ac contumaces quoscunque serio infligendis. In quorum omnium et singulorum praemissorum praesentes Statutorum praedictorum Nostraeque confirmationis literas fieri, sigillique Consilii nostri Ecclesiastici appensione communiri iussimus et fecimus. Acta sunt haec Frisingae, Anno a Natiuitate Domini Millesimo, Sexcentesimo primo, Die vero Quinto Mensis Julij.

(L. S.)

Appendix*).

1.

Forma recipiendi Canonicum ad Collegiatam s. Viti mart. hactenus usitata.

a. Ad propositionem et requisitionem Dni. Notarii requirat Dns. Decanus omnia requisita et primo, quomodo Canonicatum impetraverit, Breve apostolicum aut copias resignationis, secundo juxta statutum nostrum 22. testimonium clericatus, literas natalitias, annulum Dno. Decano, pecuniam statutam, uti vocant, pro collatione 50 ℔. denariorum, et Dno. Plebano, 2 Vicariis, ludirectori, 2 aedituis, singulis florenum, juxta statutum 24. pro solemni convivio ad singula capita Canonicorum actu residentium binos florenos, tum pecuniam cantatoriam ad festum purificationis Bmae. Virg. Mariae, sed tamen 2 annis, semper 20 ß, cautionem et fideijussores de indemnitate capituli.

b. Postquam venerabile capitulum haec documenta et requisita probe consideraverit, respondeat Dns. Decanus Dno. Notario tali forma:

Ehrwürdiger, Edl- Hochgelehrter Herr Notar! Was Euer Ehrwürden im Namen und anstatt seines Herrn Principalis, des Hochehrwürdigen N. N., wegen der bey unserem Stift vacirenden Chorherrnstelle für- und angebracht, haben wir günstig vernommen, auch neben Durchsuchung der übergebenen Documenten in reife Deliberation gezogen. Wann sich dann ein hochehrwürdiges Capitel zu berichten weiß, daß nach zeitlichem Ableiben des hochehrwürdigen N. N., unseres geliebten Chorbruders seligen Angedenkens, sein verlassenes Canonicat und Präbend auf

gnädigst ertheiltes Indultum und bereits aufgewiesenes Breve apostolicum des Allerheiligsten Vaters, Päpstlicher Heiligkeit N. N., dieß Namens des . ., — oder

eingelangte gnädigste Intercession des Hochehrwürdigsten unseres Gnädigsten Fürsten und Herrn Ordinarii, — oder

günstig von hoher Obrigkeit erlaubte und approbirte Resignation des N. N.

obermeldtem Herrn verliehen und vergünstiget worden, er sich auch hiezu mit Erweisung ehelichen Herkommens und nothwendigen Clericats zu Genügen qualificirt erzeigt, im Uebrigen auch erbietig ist, sich des Stifts statutis und Gewohnlichkeiten zu accomodiren und deßwegen, so wie auch, da ihm wider Verhoffen wegen des Canonicats Irrsal erwachsen würde, ein hochehrwürdiges Capitulum schadlos zu halten und gebräuchige Cau-

*) Dieser Anhang befindet sich in einem Exemplare der Statuten, welches Eigenthum des Kanonicus Joh. Adam Ant. Ostler († 1788) war.

tion zu präſtiren; als haben meine geliebte Herrn Chorbrüder, ſo hier zugegen, und ich unwürdiger Decanus kein Bedenken, ihme, Hrn. N. N. die wirkliche Poſſeſſion alſobalden willfährig zu ertheilen, erfreuen uns auch, daß wir hierinnen euch, N. N., die zu euch tragende Devotion und Obſervanz quoquo modo erweiſen mögen. Verhoffen auch, es ſolle dieſe Collation nit allein dem Hrn. Acceptanten, als unſerm künftig geliebten Chorbruder, ſondern auch unſerm Stiftscapitel zur Ehr und Frommen gereichen, dazu wir unſeres Theils alles Glück wünſchen.

Ehe aber die verſprochene wirkliche Poſſeſſion erfolge, iſt gebräuchig und nothwendig, daß der Herr Principal professionem catholicae fidei und juramentum de servandis statutis hujus capituli präſtire. Alsdann ſolle ſeinem Begehren durch mich unwürdigen Decanum völlige Satisfaction geſchehen.

c. Deponatur professio fidei.

d. Sequitur juramentum de observandis statutis.

Ego N., Canonicus ecclesiae s. Viti mart., juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, fidem capitulo s. Viti mart. observare.

Item juro, ecclesiam et capitulum s. Viti mart. nec non jura ac bona ipsius fideliter promovere et defendere, ac damna et pericula pro posse intercipere ac praevenire.

Item juro, privilegia, statuta scripta et non scripta, et consuetudines scriptas et non scriptas, atque edenda et inducenda effectualiter observare.

Item juro, consilium et votum meum secundum Deum et conscientiam meam, omni favore et odio seu timore excluso, dum per Dominum Decanum et alium, ejus vicem tenentem, ad hoc requisitus fuero, fideliter dare et exprimere.

Item juro, secreta et tractatus capituli, qui celandi sunt, celare, ex qua revelatione verisimiliter scandalum vel odium oriri possit.

Item juro, Dno. Praeposito ecclesiae s. Viti mart. reverentiam, ac Dno. Decano obedientiam debitam exhibere et facere.

Item juro, Canonicis et confratribus meis dilectionem fraternam charitatemque impendere et exhibere.

Item juro, si in minoribus ordinibus extitero, quod pro omnibus et singulis fructibus, redditibus et proventibus, donec ad sacros majores sacerdotales ordines pervenero et capitularis factus, dummodo personaliter in residentia aut de licentia capituli in studio generali catholico fuero, quod 24 florenorum summa pro portione mea singulis annis contentus ero, eandemque gratam et acceptam feram.

Item juro, quod, si contigerit, per Dominum Praepositum pro tempore mihi quodcunque chorale vel claustrale conferri, quod eidem Praeposito neque per meipsum aut quemcunque alium directe vel indirecte seu quovis colore, verbo vel scriptis promittam, vel promitti faciam, quod idem chorale vel claustrale alteri sive aliis meis confratribus secundum consuetudinem et jus s. Viti mart. non velim et possim communicare. Neque eidem Praeposito chorale aut choralia sive claustralia, per eum mihi conferenda, sub quocunque colore aut ingenio locabo aut in sua ordinatione, dispositione, potestate, possessione, sive etiam fructuum collectione aut receptione post hujusmodi collationem mihi fiendam, ponam, dimittam vel relinquam.

Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

e. Investitura.

Vacante igitur Canonicatu hujus Collegiatae ad divum Vitum mart. per obitum quondam admodum Reverendi et doctissimi Domini N. N. (seu per liberam resignationem coram sede apostolica quondam admodum Reverendi et doctissimi Dni. N. N.), illius ultimi et immediati possessoris, ego N. N., ejusdem ecclesiae collegiatae indignus Decanus, de unanimi consensu Dominorum confratrum meorum hic praesentium tibi N. N., Clerico frisingensis dioecesis, eundem Canonicatum, sicut praemittitur vacantem, confero, teque de eodem per libri ad manus traditionem ac byreti capiti tuo impositionem investio. In nomine etc.

f. Installatio.

In choro. In signum realis et actualis possessionis assigno tibi stallum in choro, suo tempore obtinendum.

In capitulo. In signum realis et actualis possessionis assigno tibi locum in capitulo, suo tempore obtinendum.

2.

Juramentum Praepositi.

Ego . . ., Praepositus s. Viti mart. Ecclesiae frisingensis, juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, quod Ecclesiae s. Viti mart. fidelis ero, nec non jura et bona ipsius Ecclesiae fideliter promovebo et defendam, damnaque ipsius intercipiam et præveniam.

Item juro, privilegia et statuta scripta et non scripta, nec non consuetudines scriptas et non scriptas atque inducendas inviolabiliter observare et tenere, ac non contravenire, neque aliquid contra eas et ea invenire seu innovare.

Item juro, quod pro defensione jurium ac bonorum et hominum Ecclesiae, ac censuum, reddituum, proventuum et obventionum collectione, ac aliis quibuscunque Ecclesiae necessitatibus in succursum et adjuvamen Cellarii sive capituli meis propriis sumptibus et expensis familiarem et equum in civitate frisingensi continuo tenebo, quos etiam ad ipsius Cellarii sive capituli requisitionem absque contradictione sive quavis excusatione semper mittam, toties quoties necessarium fuerit. Quodsi in illo remissus seu negligens essem, familiaremque et equum hujusmodi modo praemisso non tenerem, ex tunc Domini de capitulo de fructibus ac redditibus et obventionibus ad Praeposituram spectantibus et pertinentibus pro sustentatione familiaris et equi praedictorum subtrahere, retinere et defalcare libere possint, sine mea seu cujuscunque alterius mei nomine contradictione.

Item juro, quod choralia seu claustralia, ad meam collationem et dispositionem spectantia, cum ea quovis modo vacare contigerit, Canonicis duntaxat capitularibus et actu residentibus conferam et assignabo, eo ordine videlicet, quod, si plura simul aut unum vacare contigerit, quod a capite capitularium incipiam et singula singulis personis juxta eorum senium in ecclesia usque ad totalem eorum collationem, dummodo infra mensem ab eis seu eorum altero per se aut per alium eorum nominibus requisitus fuero, conferam. Cum vero unum aut plura deinde vacaverint, iterum in eo, qui primus post eum fuit, qui ultimo loco recepit, conferre incipiam, taliter continuando usque ad ultimum, et iterum in capite incipiendo et conferendo, ut prius, habito tamen respectu ad illos, qui nullum vel nihil habeant, aliis praeferentur, juxta discretionem cujuslibet communicationibus tamen seu permutationibus sive resignationibus quibuscunque simpliciter vel cum praebenda in suo robore manentibus.

Item juro, consilium meum, dum ad capitulum per Dominum Decanum seu alium ejus vicetenentem vocatus et requisitus fuero, juxta conscientiam meam, omni favore et odio excluso, fideliter dare.

Item juro, secreta et tractatus capituli, quae et qui celanda vel celandi sunt, celare, ex qua revelatione verisimiliter possit oriri scandalum aut odium.

Item juro, Canonicis dictae ecclesiae mutuam charitatem et paternalem dilectionem impendere et exhibere.

Item, quod non petam praesentias neque recipiam, secundum voluntatem instituentium praesentibus tantum debitas, nisi in civitate frisingensi residentiam faciam et personaliter deserviam.

Item juro, quod honorantias ex institutione colonorum unacum ipsis Dominis de capitulo ad fabricam ecclesiae reponam.

Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

3.

Juramentum Decani.

Ego N., Decanus ecclesiae s. Viti martyris, juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, quod omnibus et singulis horis canonicis, tam matutinis quam diurnis, frequens interero, ac primus et novissimus in choro, quantum valeo, ero.

Item juro, quod delinquentes Canonicos, Vicarios et ecclesiae ministros juxta excessuum qualitatem per subtractionem fructuum et aliarum distributionum puniam, citra tamen subtractionem integrae portionis.

Item juro, quod in inventionibus claustralium, beneficiorum et de remediis extra ecclesiam, seu honorantiis, quae inter Canonicos in parata pecunia dividuntur, sive etiam denariis vestialium, vulgariter Wattpfenning, aut vino montano australi vel sabbatino nihil ultra, quam unus de Canonicis capitularibus recipiam.

Item juro, quod in causis et negotiis magnis et arduis, et collationibus singulorum beneficiorum, ad capitulum spectantibus, omnes Canonicos capitulares, in civitate frisingensi residentes, fideliter vocari faciam.

Item juro, consuetudines dictae ecclesiae fideliter observare et observari facere.

Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

5.

Juramentum Custodis superioris.

Ego N., Custos ecclesiae s. Viti martyris, juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, quod omnia et singula bona et res ecclesiae s. Viti mart. fideliter conservabo et conservari faciam.

Item juro, quod nihil de quibuscunque bonis et rebus ecclesiae alienabo, neque absque scitu capituli vel Decani clinodia, vasa, calices, vestes sacras, libros et alia ornamenta ecclesiae extra eam cuique, qui de ecclesia non sit, commodabo.

Item juro, quod, quoties me ad longa tempora et remota loca absentare contingat, claves ecclesiae mihi commissas nulli extra capitulum absque voluntate ejusdem committam.

Item juro, quod consuetudines, in et citra officium custodiae inductas, ac onera illi incumbentia observabo et expediam.

Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

5.

Juramentum Plebani et Vicariorum.

Ego N., Plebanus (seu Vicarius) ecclesiae s. Viti mart., juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, quod fidelis fuero ecclesiae et capitulo s. Viti mart., jura ac bona ipsius ecclesiæ fideliter, quantum valeo, promovebo, ac damna et pericula pro posse intercipiam et praeveniam.

Item juro, statuta ac privilegia et consuetudines ecclesiae s. Viti mart. fideliter observare.

Item juro, Dno. Praeposito s. Viti mart. reverentiam et Dno. Decano obedientiam caeterisque Canonicis honorem debitum exhibere et facere.

Item juro, quod omnibus et singulis horis canonicis, tam diurnis quam nocturnis, quantum valeo, interfuero, nisi de Dni Decani aut alterius, locum ejus tenentis, licentia absens fuero.

Item juro, quod non fuero in consilio, auxilio aut consensu, favore aut facto, ut aliquis ex praefatis Dominis meis vitam, honorem aut bona perdat.

Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

6.

Juramentum Vicariorum Anzingensis, Paumkirchensis et Pogenhausensis.

Ego N., perpetuus Vicarius (Anzingensis) ecclesiae, juro ad haec sancta Dei Evangelia, per me manualiter tacta, quod fidelis fuero ecclesiae et capitulo s. Viti mart., jura ac bona ipsius ecclesiae fideliter, quantum valeo, promovebo, ac damna et pericula pro posse intercipiam et praeveniam.

Item juro, statuta et privilegia ac consuetudines ecclesiae s. Viti mart. fideliter observare.

Item juro, Dno. Praeposito s. Viti mart. reverentiam ac Dno. Decano obedientiam, caeterisque Canonicis honorem debitum exhibere et facere.

Item juro, quod non fuero . . . (ut supra).

Item juro, quod jura ac bona ecclesiae (s. Viti mart.) fideliter defendam atque promovebo, neque de rebus aut bonis ejusdem alienabo, et alienata pro posse recuperabo.

Item juro, censum tot librarum, quem ecclesiae et capitulo s. Viti mart. de dicta Vicaria mea teneor et obligor, fideliter temporibus statutis et consuetis solvere et expagare, literasque et obligationes consuetas ipsi capitulo s. Viti mart. infra mensem tradere.

Sic me Deus adjuvet etc.

7.

Novus Canonicus, quando primum habet residentiae annum, non est particeps institutionum seu Landschuld, quarum casus ante s. Jacobi diem fiebat. Non participat vino sabbatino, neque in cappela *(sic!)*, neque in ovis, neque in pullis, neque in aucis, neque in legato assumptionis divae Virginis, neque denique in pecuniis ex pratis in Khienberg.

8.

Modus eligendi Decanum.

1. Fit officium de s. Spiritu.
2. Propositio Dni. Vicarii.
3. Dominus Notarius legit literas commissionis.
4. Senior requirit Dominum Notarium, dicens:
   Ego senior hujus capituli meo et Dominorum confratrum meorum hic praesentium nomine officium publici Notariatus, quod geritis, requiro, ut singula, quae in tractatu electionis institutae conscribenda occurrunt, diligenter annotare ac de iisdem publicam fidem facere velitis.
5. D. Notarius pollicetur diligentiam et fidem, sibique testes requirit.
6. D. Vicarius exhortatur Capitulares ad conscientiosam electionem.
7. Senior incipit, Domini Capitulares persequuntur sequentes preces, nempe
   Ad te levavi oculos meos. — Veni S. Spiritus. — Kyrie eleyson. — Christe eleyson. — Kyrie eleyson. — Pater noster. . . . et ne nos inducas . . . — Salvos fac servos tuos. — Mitte nobis, Domine, auxilium . . . — Nihil proficiet inimicus . . . — Domine Deus virtutum, converte nos . . . — Domine exaudi orationem . . . — Dominus vobiscum. — Oremus. Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus, te inspirante, quae recta sunt, et te gubernante eadem faciamus. — Actiones quaesumus etc. — Deus, qui corda fidelium etc. . . . per Dominum nostrum etc. — Benedicamus Domino. — Deo gratias.
8. Finitis precibus idem Senior reproducit citationem et accusat contumaciam non comparentium dicendo:
   Admodum Reverende, Nobilis et Magnifice Domine Vicari! Ego meo et Dominorum confratrum meorum nomine hic praesentium reproduco citationem pro electione nostra affixam et legitime executam et accuso contumaciam omnium et singulorum citatorum non comparentium, nec se electioni per nos institutae opponentium aut opponere co-

nantium, et peto, ipsos contumaces declarari ac in eorumdem contumaciam ad electionem futuri Decani nostri procedi.

9. Jussu Dni. Vicarii legitur per Notarium citatio.
10. Eodem jussu promulgatur foris in vulgari.
11. D. Notarius refert, quod foris egerit.
12. D. Vicarius declarat absentes contumaces.
13. Senior capituli protestatur, ut sequitur:

Ego N. N., indignus Canonicus senior hujus collegii, meo et Dominorum confratrum hic praesentium nomine protestor, quod, si quis adsit excommunicatus, interdictus, suspensus, infamis aut inhabilis, quod jure vel consuetudine electioni hujusmodi nostrae non debet, ut exeat de loco isto et capitulo nostro et permittat nos libere ad electionem procedere et eligere, alioquin, si voces talium intervenisse postea reperirentur, nulli tamen suffragium vel nocumentum praestare, quin potius pro non admissis haberi volumus.

14. D. Vicarius proponit Capitularibus formas electionis.
15. Capitulares praestant secundum ordinem juramentum.
16. Iidem secedunt seorsim, deliberaturi, qua forma procedere velint.
17. Reversi resolvunt se, si placeat, ut sequitur:

Admodum Reverende, Nobilis et Magnifice Domine Vicari! Nos deliberati et resoluti super futuram electionem amplectimur viam compromissi . . . et eligimus in nostros Compromissarios (Rvd. et praenobilem D. Joannem Firnhamerum, ss. th. Dr., Episcopum Dariensem, Consil. et Suffraganeum Frisingensem, nec non admodum Rvd. Dn. Ferdinandum Weigel ab Ettenhouen, ss. th. Dr., Canonicum ecclesiae collegiatae s. Andreae atque Revmi. Episcopi Frisingensis Consiliarium et Capellanum aulicum), dantes eisdem plenam et omnimodam potestatem, scrutandi omnium et singulorum nostrorum vota, eumque eligendi, in quem major et sanior pars eligentium consenserit, electum et publicandi, ejusque consensum requirendi, humiliter rogantes, ut onus compromissi hujusmodi gratiose in se recipere dignentur.

18. Domini Compromissarii, Notarius et testes subinde etiam sua praestant juramenta.
19. Quibus praestitis omnes saeculares praeter Dominum Notarium secedunt.
20. Eligentes singuli in absentia reliquorum confratrum suorum, a Dno. Vicario advocati, dant sua secreta vota.
21. Omnium votis receptis Domini Compromissarii ea colligunt et inter se conferunt.

22. Electores intro vocati per Dominum Seniorem petunt, publicari suam electionem, his verbis:
Admodum Reverende, Nobilis et Magnifice Domine Praeses! Ego meo et confratrum meorum nomine peto, electionem nostram nobis per sententiam publicari.
23. Publicatur sententia electionis.
24. Electus praestat consensum.
25. Deducitur ad chorum a Reverendissimo Dno. Vicario generali.
26. Pulsantur campanae.
27. Canitur Te Deum laudamus.
28. Fiunt aggratulationes.

Juramentum eligentium.

Ego N. N. juro et promitto omnipotenti Deo, Beatissimae Virgini, Dei Genitrici Mariae, s. Vito, ecclesiae hujus collegiatae patrono, eum eligere, quem . . . .*) futurum ecclesiae huic in spiritualibus et temporalibus utiliorem, nec illi vocem dare, quem verisimiliter scivero, promissione aut donatione alicujus rei temporalis, sive per se vel per aliam personam interposita, aut alias quomodocunque, directe vel indirecte, pro se electionem provocasse vel procurare. Sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia.

*) Hier fehlt ein Wort, etwa „credo“.

III.

Bibliographie des bayerischen Concordates von 1583.

Mit fragmentarischen Notizen aus der Geschichte der Publication dieses Concordates.

Von Dr. Friedr. Wimmer, Scriptor an der königl. Universitätsbibliothek in München.

Einleitung.

Am fünften September des Jahres 1583 wurde das mehr als zweyhundert Jahre hindurch mit Auszeichnung so genannte „bayerische Concordat“[1]) abgeschlossen. Es war Resultat beynahe fünf[2]) Jahre lang dauernder, mitunter äusserst lebhaft geführter Verhand-

[1]) Dieß der amtlich feststehende und durch gleichsam stillschweigendes Uebereinkommen seitens der bayerischen Regierung sowohl als der verschiedenen Ordinariate unverbrüchlich aufrecht erhaltene Sprachgebrauch. Die nachmaligen Specialvergleiche mit einzelnen Ordinariaten hiessen im Gegensatz zum „bayerischen Concordat“, dem „Receß der Concordaten“, den „Concordatis Bavariae“ — einfach „Recesse“, „salzburgischer, passauischer, oberpfälzischer Receß“ u. s. f. Namentlich in einem Schreiben des geistlichen Rathes zu München an den Hofrath daselbst vom 13. October 1751 wird betont und motivirt, daß der Ausdruck „Concordat“ speciell nur von dem von 1583 gelte.

[2]) Das Creditiv Papst Gregors XIII. für seinen Nuntius Felician Ninguarda an Herzog Albrecht V. (gedruckt bey C. M. Frhn. v. Aretin, Bayerns auswärtige Verhältnisse ꝛc. Bd. I. Urkunden I., 42-43) und die bayerischen Bischöfe (das an Regensburg gedruckt bey

lungen zwischen den Herzogen Albrecht dem Fünften und dessen Sohn Wilhelm dem Fünften einerseits: dem päpstlichen Nuntius Felician Ninguarda, dem Erzbischofe von Salzburg und den Bischöfen von Freysing, Passau, Regensburg, Eichstädt und Chiemsee andrerseits.

Alle Bischöfe, deren Diöcesen sich über das damalige Herzogthum Bayern erstreckten, waren somit betheiligt: den von Augsburg ausgenommen[3]). Die Regelung der kirchlichen Verhältnisse mit Augsburg, ebenso mit jenen Bischöfen, deren Diöcesen die Oberpfalz in sich schlossen[4]), und soferne dieß der Fall war, ging auch in den beyden nachfolgenden Jahrhunderten einen eigenen Weg.

Für die unmittelbaren Theilnehmer am Concordat von 1583 aber blieb dieses bis zur Säcularisation die nie ausser Gültigkeit gesetzte Haupturkunde über ihr und der von ihnen vertretenen Kirche Verhältniß zum Staate Bayern: und die zahlreichen in bezeichnete Periode hineinfallenden Specialvergleiche über kirchliche Differenzpunkte sind ihrem Wesen nach nur Erläuterungen und Zusätze zu jenem ersten Concordat.

Zunächst der Bibliographie dieser schon durch ihre Entstehung interessanten und, wie erwähnt, über zwey Jahrhunderte hindurch auch praktisch wichtigen Urkunde sind nachstehende Zeilen gewidmet. Die mit dem bibliographischen Moment in innigster Wechselbeziehung stehende Geschichte der Publication des Concordates, konnte und durfte in keinem Falle ganz ausser Acht gelassen werden. Wenn hierüber etwas mehr als bloß das Allernothwendigste

---

Thom. Ried, Codex chronol. diplom. Episcopatus Ratisbon. II. 1227–28) ist datirt vom 3. May 1578. Die Concordatsverhandlungen selbst eröffnete Ninguarda mit einer Vorstellung an Herzog Albrecht am 16. Octob. 1578.

[3]) Mit Bischof Marquard (von Berg) fand sich Herzog Wilhelm bezüglich einzelner obwaltender Differenzen durch Specialverhandlungen im December 1579 und Januar 1580, dann im September 1582 ohne Schwierigkeit ab. Als Ninguarda im März, und wiederholt im July, 1583 Bischof Marquard zur Theilnahme an der im August desselben Jahres zu München vor sich gehenden gemeinsamen Beschwerdehandlung des bayerischen Episcopats einlud, lehnte dieser höflich, aber entschieden ab.

[4]) Regensburg, Eichstädt und Bamberg.

beygezogen wird, so ist damit nur jene Freyheit in Anspruch genommen, von welcher Gebrauch zu machen früheren Forschern über dergleichen an sich trockene Materien nie mißgönnt wurde [5]). Zudem dürfte manchem Freund vaterländischer Geschichte ein, wenn auch kleiner, Beytrag zur Kenntniß jener Seite der Regierung Herzog Wilhelm des Frommen, welche bisher kaum stiefmütterlichster Beachtung gewürdigt worden ist, nicht unwillkommen seyn.

I.

Die Editio princeps.

Wenn bezüglich der späteren Ausgaben, welche ohnehin sämmtlich ihre Jahrzahl an der Stirne tragen, die bloße Aufzählung, einfache Bezeichnung, wo sie zu finden, und etwa Angabe der Veranlassung, welcher sie das Daseyn verdanken, hinreicht: so möchte dagegen eine nähergehende Untersuchung über die drey ersten undatirten Ausgaben um so weniger anstößig scheinen, als auch nicht Einer derselben in irgend einem literarischen, oder die bayerische Geschichte jener Tage behandelnden Werke Erwähnung geschieht.

Die ohne Widerrede erste Ausgabe ist in mittelgroßem Folioformat gedruckt und umfaßt sechs Blätter, welche so ineinander gelegt sind, daß das erste und sechste, zweyte und fünfte, dritte und vierte je einen Bogen ausmachen. Seitenzahlen fehlen, wohl aber findet sich auf dem zweyten bis vierten Blatte unten am Rand des Textes die Blätterzahl bezeichnet.

Die Vorderseite des ersten Blattes enthält den mit ganz gleichen, großen Lettern gedruckten Titel:

COPIA RECESSVS MONACHIEN: CONCORDATORVM, CVM ORDINARIIS BAVARIAE.
ANNO
M. D. LXXXIII.

[5]) Ich erinnere beyspielsweise nur an die schöne academische Abhandlung Fr. Ign. Streber's: „Ueber einige seltene und unbekannte Schaumünzen Herzogs Albert V. aus Bayern." München 1814.

Vom zweyten Blatte bis zur Vorderseite des fünften Blattes reicht der Text. Zur Aufschrift:

IN DEI NOMINE

sind dieselben Lettern benützt, wie im Titel; sonst nur noch die Worte: SECVNDO, TERTIO, QVARTO, QVINTO, SEXTO, VLTIMO und AMEN durch größere Schrift ausgezeichnet. Alles Uebrige ist wie in anderen Drucken aus jener Zeit.

Der einzige typographische Luxus besteht in einer hübschen, jedoch nicht sehr grossen Initiale und in einer sehr schönen Schlußvignette.

Die schon in der nächsten Ausgabe und sofort in allen folgenden angebrachten Capitelüberschriften und Marginalien zur Erleichterung der Inhaltsübersicht fehlen. Die Rückseite des fünften und das ganze sechste Blatt sind leer. Druckort und Jahr sind nicht bezeichnet.

Als Drucker läßt sich mit einiger Wahrscheinlichkeit muthmassen Adam Berg zu München. Die, wenn auch nicht eben starken, Gründe für diese Annahme sind: erstlich daß Adam Berg überhaupt so ziemlich alle zu jener Zeit im Namen der bayerischen Regierung ausgehenden Werke druckte, als z. B. Gesetzbücher, Staatsschriften ꝛc. ꝛc.; dann daß der in Frage stehende erste Druck des Concordates die genau gleichgezeichnete, wenn auch das einemal aufrecht, das andremal verkehrt stehende Initiale hat — ein großes N —, wie der zweyte Druck, auf dessen Titel Adam Berg ausdrücklich genannt ist.

Bezüglich des Druck-Jahres wird weiter unten angeführt werden, was sich ermitteln ließ.

Gleich allen späteren Ausgaben schließt auch diese erste mit den Worten: „Quod faelix faustumque accidat et Religioni et Reipub. Bauaricae. AMEN".

Eine Original-Urkunde des Concordates habe ich bisher, trotz aller angewandten Mühe, nicht zu Gesicht bekommen können; wohl aber einige von Originalen genommene Copien auf Papier, am Schluß mit Notariatsinstrument über wortgetreue Uebereinstimmung mit dem Original versehen, und eine zweifelsohne in vollem Sinne des Wortes gleichzeitige Copie auf Pergament, welch letztere, zumal auch in Anbetracht ihres Aufbewahrungsortes, zwar nicht juristisch, aber doch immerhin historisch einem Original beynahe gleich zu achten.

Abgesehen nun von einigen ganz geringfügigen Abweichungen in der Orthographie und Interpunction; abgesehen ferner von den im ersten Druck merklich häufiger vorkommenden Wortabkürzungen, bietet genannte Pergament-Copie, mit der Editio princeps zusammengehalten und verglichen, folgende Varianten:

Capitel und Absatz.	Pergamentcopie.	Editio princeps.
Einleitung.	apud Serenissimum *Patrem* Albertum Bauariæ *Ducem etc. piae* memoriae . .	. . *Principem* Albertum Bauariae *Ducem, piae* memoriae . . .
ib.	amore *ac* beneuolentia	amore *et* beneuolentia
Cap. I. Tertio.	solius etiam *Clerici* (sic) visitatio &c.	. . *Cleri* . .
I. Vt ne vero	*duabus* . . clauibus	*duobus* . . clauibus
II. Secundo	ad *vtrinque* (?!) . . Magistratum referatur	ad *vtrumque* . . magistratum &c.
V. Deinde	graues fuerunt *hucusque id* vt *impostrum* ne *fiat, et* tales conuentus &c.	graues fuerunt *huc vsque, id* vt *in posterum* ne *fiat. Et* tales conuentus &c.
VI. Clerici	deinceps *exsequantur. Nec* tamen	. . *exequantur, nec* tamen
VI. Et ne	Inhibemus.. ne *imposterum*	. . . *in posterum*
Schluß. Atque haec quoque	vt . . . Jus suum sibi *conseruent,* et dato, quod absit, casu quo Ordinarij etiam admoniti &c.	vt . . Jus suum sibi *conseruant,* et dato quod absit, casu quo ordinarij etiam admoniti &c.
ib. ib.	. . vigore relictis *vt* supra specificatis	. . vigore relictis *in* supra specificatis

Capitel und Abſatz.	Pergamentcopie.	Editio princeps.
ib. Acta sunt	Anno Christi Saluatoris nati, *Millesimo Quingentesimo Octuagesimo tertio.* Praesentibus &c.	Anno Christi saluatoris nati *MDLXXXIII.* Præsentibus &c.
ib. Ex parte	*Lauterius* . . Præpositus *Monacensis,* et &c.	*Lautherius* . . Praepositus *Monachien.* et &c.
ib. ib.	*Elsenhaymer* in Hampersberg . . Praefectus in *Traunstain etc.*	*Elsenheimer* in Hamppersperg . . Praefectus in *Traunstain.*
ib. ib.	D. *Theodorus Peisser* in Mägerstorff J. V. D. Dominus *Casparus Lagus* in Erlhouen J. V. D. et Professor Ingolstadij, Et Erasmus &c.	D. *Casparus Lagus* in Erlhouen J. V. D. et Professor Ingolstadij. D. *Teodorus Peisser* in Mägerstorff J. V. D. Et Erasmus &c.
ib. Et in horum	Et in horum omnium *fidem et* perpetuam memoriam	Et in horum omnium perpetuam memoriam.
ib. ib.	manum Sigillumque suum addidit, quod foelix faustumque accidat, et Religioni, et Reipub. *Bauariae*[6]). AMEN.	manum sigillumque suum addidit. Quod fælix faustumque accidat et Religioni et Reipub. *Bauaricae.* AMEN.

Dieß die Varianten, welche irgendwie bemerkenswerth ſchienen.

[6]) Dieſelbe Lesart: „Bauariae“ ſtatt „Bauaricae“ findet ſich in ſämmtlichen, mir bis jetzt zu Geſicht gekommenen, laut Originalnotariatsinſtrument von Originalien entnommenen Papiercopien. Leider befinde ich mich gegenwärtig nicht in der Lage, die Vergleichung auch auf die übrigen abweichenden Lesarten ausdehnen zu können. Zur Zeit, da die erwähnten vidimirten Papiercopien mir zur Hand waren, beſchränkte ſich meine Aufmerkſamkeit lediglich auf den Anfang, den Schlußſatz und die im Text ſofort noch auszuhebende, in den gedruckten Exemplaren fehlende Schlußformel.

Etwas mehr denn bloß Variante ist der Schluß der Concordatsurkunde, wie er sich sowohl in besprochener Pergamenthandschrift, als in sämmtlichen vidimirten oder sonst aus Originalen entnommenen Copien findet.

Den eben ausgehobenen Schlußworten der gedruckten Exemplare ist nemlich hier nebst den Unterschriften des salzburgischen Coadjutors (nachmaligen Erzbischofes) Georg von Kienburg und Herzog Wilhelm des Fünften von Bayern auch noch die Bestättigung des getroffenen Vergleiches durch Felician Ninguarda als päpstlichen Legaten angefügt; so daß also sämmtliche vorhandene Drucke, und die bey Weitem größere Anzahl der bis auf unsere Zeit erhaltenen Copien als in gewissem Sinne unvollständig bezeichnet werden müssen.

Diplomatisch genau, und mit Beybehaltung der Orthographie vielgenannter Abschrift auf Pergament, würde der Schluß lauten:

. . . „quod foelix faustumque accidat, et Religioni, et Reipub. Bauariae. AMEN.

Georgius de Kienburg Coadiutor Ecclesiae Salisburgen. Guilhelmus, etc. manu propria [7]).

Et nos F. Felicianus Episcopus S. Agathae, alias Scatensis| per Germaniam Superiorem Nuncius Apostolicus, qui tra|ctationi, compositioni et conclusioni praedictae trans-

[7]) Diese zwey Unterschriften, denen man als dritte etwa noch die Felicians beyzählen kann, standen unter der Concordatsurkunde und mehr nicht, wie übrigens auch schon aus dem allenthalben gedruckten Schlußabschnitte des Textes: „Et in horum omnium perpetuam memoriam &c. &c. ganz unzweydeutig zu ersehen.

Hienach berichtigt sich, was in dem durch den marktschreyerischen Titel und die Erbärmlichkeit des inneren Gehaltes gleich ausgezeichneten Werke: „Verhältnisse des Königreichs Bayern zum päbstlichen Stuhle von den ältesten bis auf die neuesten Zeiten, historisch-kritisch entwickelt vom Bibliothekar Jäck" (3 Hefte. Erlangen 1818–20. Heft I. S. 68–69), gefaselt wird: „Nach dem Geiste des damaligen mißtrauischen und höchst unwissenden Zeitalters, in welchem die heiligsten Rechte der Menschheit noch nicht einmal geahnet, viel weniger so deutlich, als in unseren Zeiten, nach ihrer Gleichheit erkannt wurden, hat das zu München nach einer fünfjährigen Vorbereitung und dreywochigen Berathung vieler geistlichen und weltlichen Abgeordneten

actionis, ab vtraque| parte rogati et requisiti interfuimus, eandem ex parte nostra, approba|mus et executioni ab omnibus quorum interest, demandandam cen|semus. Hanc ipsam tamen approbationem nostram Judicio et censu|rae S. D. N. sanctaeque Sedis Apostolicae submittimus, manu propria".

Dieß über die äussere Beschaffenheit des ersten Druckes und sein Verhältniß zum Original.

Weitere, zunächst chronologische Aufschlüsse möchten folgenden geschichtlichen Thatsachen zu entnehmen seyn.

Im December 1583, und wohl noch bis tief in den Januar 1584, war die bayerische Landschaft zu München versammelt. Der Stand der Prälaten erhielt bey dieser Gelegenheit auf sein Ansuchen von Herzog Wilhelm das Versprechen, „es solle ihnen der mit den Ordinarien getroffene Vergleich in Copie mitgetheilt werden; nach Umfluß eines Monats ungefähr möchten sie deßhalb bey der fürstlichen Hofkanzley anfragen lassen"[8]). Diese Anfrage nun geschah allerdings, blieb aber ohne Erfolg[9]).

Denn wie man von Seite der bayerischen Regierung nur mit sichtlichem Widerstreben sich zum Abschlusse des Concordates selbst herbeygelassen: so zeigte man jetzt noch weniger Lust, dessen Publication zu übereilen. Zwar stand in den ersten Monaten des Jahres 1584 fest, daß, gleichwie dem geistlichen Rath, so auch dem Hofrath zu München und den Regierungen zu Landshut, Burghausen und Straubing Copien des Concordates zur Darnachachtung und allenfallsigen Wahrung der landesherrlichen Gerechtsame mitgetheilt werden sollten[10]). Solche Mittheilung fand in den

abgeschlossene Concordat auch sehr zahlreiche Unterschriften erhalten. Es unterzeichneten sich nämlich 3 Abgeordnete für Salzburg und Chiemsee, 3 für Freysingen, 2 für Regensburg, 4 für Passau und 8 für den Landesherrn".

[8]) Landtags-Acten von 1583. Herzog Wilhelms Beschlußschrift auf die Beschwerde. — Replik der Prälaten.

[9]) Erster Beschwerdepunkt der Prälaten auf dem Landtag von 1588.

[10]) Geistliche Raths-Instruction vom 10. März 1584: „Ea porro, quæ vel Ecclesiasticam immunitatem, ordinariamque Episcoporum jurisdictionem, et cleri Bavarici negotia, vel jura circa haec ducalia, administratorumque officia spectant, cum de iis non ita pridem cum Metropolitano Salisburgen. Archiepiscopo, caeterisque Bavariae Episcopis, amanter placideque sic sit

ersten Tagen des Monats May 1584 wirklich statt [11]) und zwar mit dem gemessenen Befehl: „es solle der Receß, damit demselben desto richtiger nachgegangen werde, nicht allein jetzt anfangs, sondern her-

tur et instituantur, nos, qui talia seminaria cum aliarum nationum ecclesiis, tum praecipue Germaniae utilia admodum ac potius necessaria esse nouimus propter bonorum et idoneorum sacerdotum penuriam, ecclesiae Frisingensis bono regimini consulere cupientes, mandauimus nuper dilectis filiis capitulo et Canonicis ipsius ecclesiae, ut ad erigendum huiusmodi seminarium in ciuitate sua unum Canonicatum et praebendam de iis, quae uacant in illa ecclesia, auctoritate nostra supprimant eiusque fructus et reditus ipsi seminario attribuant atque applicent. Sed quia unius praebendae fructus ad id seminarium erigendum et tuendum minime sufficturos esse scimus, de praebendis et Canonicatibus aliarum ecclesiarum collegiatarum dioeccsis Frisingensis, in quibus Canonici non sint pauciores duodecim connumeratis dignitatibus, idem faciendum decreuimus, ut singulis ecclesiis unius Canonicatus et praebendae fructus ipsius seminarii institutioni assignentur.

Vt igitur tam pium, tamque utile opus perfici possit, praesentium uobis tenore permittimus, vt unam de praebendis canonicalibus ecclesiae uestrae, siue iam uacantem seu quam primum quomodocunque uacare contigerit, auctoritate apostolica supprimatis et extinguatis, fructusque et reditus eius omnes seminario in ciuitate Frisingensi erigendo assignetis et applicetis, idque omnino faciatis, mandamus atque praecipimus. Non obstantibus constitutionibus capitularibus, iuramento, confirmatione apostolica uel quauuis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in ipsorum Canonicatuum erectione uel alias quomodocunque et sub quacunque verborum forma quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis et innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa mentio habenda esset, tenores eorum perinde, ac si de uerbo ad uerbum praesentibus inserti essent, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die VIIIj Februarii M.D.LXVII. Pontificatus Nostri anno secundo.

Antonius Florebellus Lauellinus.

d.

Pii PP. V. epistola ad Sim. Thadd. Eckium Cancellarium, in qua ejusdem in tuenda catholica religione studium commendat, et ut Clericorum seminarium in Ecclesia Frisingensi institui aliaque pietatis officia praestari curet, hortatur *).

14. Febr. 1567.

Pius PP. V. Dilecto Filio Simoni Thadaeo Echio, dilecti Filii, nobilis viri Alberti Bauariae Ducis, Cancellario.

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Inter ceteros istius inclytae nationis, quos in tanta haeresum multitudine permanere adhuc in Catholicae Ecclesiae vnitate, et fidei orthodoxae constantes esse defensores ac propugnatores accepimus, luculentum tibi testimonium a viris grauibus apud nos datum fuit. Sic enim relatum nobis fuit, nullo te loco Catholicae Religioni deesse; sed quocumque studii et officii genere possis, eam aduersus haereticos tueri atque defendere. Laetamur admodum et Deo gratias agimus, quod supersunt adhuc viri vetere Germania digni, quos nulla Ecclesiae procella, nullae haereticorum fraudes potuerunt ab Ecclesiæ corpore abducere ac segregare. Dilecti vero Filii, nobilis viri Alberti, Bauariæ Ducis, ex hac re quoque singularem prudentiam et pietatem eximiam libenter agnouimus, qui talium virorum opera et consilio vtatur, eosque praecipue honoret. Quia vero, Catholicorum reliquias in istâ nobili natione, quantâ maximâ possumus diligentiâ, pro commisso nobis officio tueri et conseruare cupientes, plurimúm expedire duximus, in Ecclesiâ Frisingensi, cujus, vt scis, administrationem in temporalibus commisimus dilecto Filio Ernesto, ipsius Ducis filio, Seminarium juxta sacri Concilii Tridentini saluberrimum decretum erigere, deuotionem tuam hortandam in Domino duximus, vt ad eam rem perficiendam et ad omnia, quæ in illâ Ecclesiâ atque dioecesi reformanda fuerint, quidquid poteris studii et auxilii propensé impertias. Quod etsi te, pro tuo diuini honoris studio, etiam sine hor-

*) Vid. Apostolicarum Pii V. Pont. Max. epistolarum libri quinque, in lucem editi opera et cura Francisci Govbav. Antverp. 1640. 4°, p. 24—26.

tatione nostrâ facturum esse confidebamus, tamen te ex his litteris intelligere voluimus, talia tua officia nobis quoque grata esse futura; sicut ex dilecti Filii Magistri Joannis Phisteri, Canonici Frisingensis et Sedis Apostolicae Protonotarii, relatione cognosces: quem officio sibi commisso prudenter et diligenter admodum functum, ad ipsum Ducem cum nostrâ benedictione remisimus.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die XIV. Februarii M.D.LXVII. Pontificatus nostri anno secundo.

c.

Breve Pii V. Papae ad clerum Frisingensem de Synodo ex tridentini concilii decreto celebranda, et de erigendo dotandoque seminario*).

28. Febr. 1567.

Dilectis Filiis Abbatibus, Capitulis, Praepositis, Canonicis et clero universo in Frisingensi dioecesana synodo congregandis.

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Praeter alia, quae in sacro oecumenico concilio ad tollendos abusus et reformandam ecclesiasticam disciplinam

*) Mauritius de Sandizell, Frisingensium Antistes quinquagesimus, anno 1566 (18. Octob.) ob virium corporis imbecillitatem Episcopali onere curaque regendae Dioecesis se abdicaverat. Ejus in locum ex cathedralis collegii votis, eodem ipso anno, ut Meichelbeckius Hist. Frisingensis T. II. scribit, suffectus est Ernestus, Dux Bavariæ, duodecim tunc annorum Princeps. Nondum tamen ea suffragatio a Romano Pontifice rata habita fuisse videtur mense Februario anni 1567, cum duo haec, quæ exhibemus, ad clerum Frisingensem data fuere Brevia Apostolica de synodo celebranda.

Prima hacc est ecclesiastica dignitas, quae Ernesto collata fuit, ad quam plura dein et ampliora ex aliarum ecclesiarum infulis ornamenta accessere; nam anno 1573 Episcopus Hildesiensis, anno 1581 Leodiensis, anno 1580 Archi-Episcopus Coloniensis (loco Gebhardi Truchsesii) ac demum 1585 Episcopus etiam Monasteriensis renuntiatus fuit.

Harzheim.

utiliter admodum et provide statuta ac sancita fuerunt, nemo est, qui non intelligat, quantopere decretum ejus de dioecesanis synodis habendis salubre, et hoc tam calamitoso ecclesiae tempore necessarium fuerit. Itaque vos omnes et singulos in Domino hortandos duximus, ut ipsius ecclesiae necessitatem vobiscum reputantes, in vestra synodo celebranda fideliter et diligenter officium vestrum Deo ipsique ecclesiae praestetis, et quae juxta sacros canones, ipsiusque Tridentini concilii decretum, in tali synodo agenda, constituenda corrigendave fuerint, ita agatis, constituatis et corrigatis, ut ipsa ecclesia fructum, quem optamus, ex hujusmodi synodi celebratione percipiat, nosque religiosum et pium studium vestrum collaudare in Domino debeamus. Quia vero seminarium, sicut idem concilium decrevit, in eadem ecclesia instituere inprimis expedit, atque adeo necessarium est, in quo pro dioecesis Frisingensis magnitudine certus puerorum et adolescentium numerus, bona ad virtutem et pietatem indole praeditorum, qui spem afferunt, se ecclesiae ipsique dioecesi esse utiles evasuros, sub virorum fidei vitaeque probatissimae cura atque regimine alatur, et bonis moribus ac disciplinis ecclesiasticis instruatur: ad eos autem alendos, quia non parvis sumptibus opus est, vestrum officium est, ut pro rata vestrorum ecclesiasticorum redituum portione subsidium aliquod annuum in tam pium et utile opus propense conferatis. Quod ut faciatis, vobis in virtute sanctae obedientiae mandamus atque praecipimus. Qua eadem de re vobiscum mandato nostro coram aget dilectus Filius, Magister Joannes Phisterus, Canonicus Frisingensis, qui has vobis literas reddet, ejus orationi fidem habeatis.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo Piscatoris, die ultima Februarii 1567. Pontificatus nostri anno secundo*).

*) Aus Harzheim Concil. Germ. Tom. VII. p. 585 abgedruckt. — Dieſes Breve findet ſich auch in der oben citirten Ausgabe der Briefe des Papſtes Pius V. p. 30—32 und in Lünigs Spicilegium ecclesiasticum, Continuat. II. S. 696.

f.

Breve Pii V. Papae
ad Abbates quorumcunque ordinum et Praepositos Frisingensis dioecesis, quo eosdem ad mores reformandos iterumque ad seminarium extruendum hortatur.
28. Febr. 1567.

Dilectis Filiis, Abbatibus quorumcunque ordinum, et Praepositis, in Frisingensi Dioecesi constitutis.

Dilecti Filii, salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum nobiscum ipsi cogitamus, quae res materiam praebuerit tot tantisque pestiferis haeresibus, quae in Germania ortae per universas postea fere christiani nominis prouincias propagatae fuerunt, tanti mali causam praecipue fuisse judicamus corruptos Praelatorum mores, qui officii sui immemores ac salutis obliti, ecclesiasticorum bonorum fructus et reditus non in pios et honestos, ut debuerant, usus convertentes, sed ad voluptates suas, ad luxum, ad pompas et vanitates saeculi abutentes, eandemque vivendi licentiam iis, quibus praecerant, permittentes, et exemplo eos suo corrumpentes, maximum apud laicos odium, contemptionem et invidiam non immerito contraxerunt. Ita enim factum est, ut populos, illorum vitae nequitia vehementer offensos, haeretici facile haeresum suarum venenis infecerint, eisque quidquid voluerint, quamvis impium et catholicae veritati aperte repugnans, persuaserint. Quod cum ita sit, huic malo nullum constat aptius, nec magis necessarium adhiberi posse remedium, quam, ut ii, qui licenter et inhoneste ad hoc tempus vixerunt, de salute sua et de commisso sibi officio diligentius cogitantes resipiscant, et sese ac vitam suam corrigant, recordantes, se actionum suarum in tremendo Judicii die rationem esse aeterno illi judici reddituros. Itaque de vestra, et eorum simul, quibus praestis, salute solliciti, in Domino vos hortamur, et paterne admonemus, ut unusquisque vestrum in vitam et mores suos diligenter inquirens, in seipso corrigat, quidquid corrigendum esse sua eum conscientia monuerit; et dum potest, dum tempus habet, praeteritas culpas et negligentias poenitentia ac morum mutatione redimere properet, et cum vitae honestioris

exemplo, tum etiam hortando, monendo, arguendo et increpando, eos, quibus praeest, corrigere, et ad bonam, ut dicitur, frugem reducere studeat, quidquid in eis emendandum et reformandum noverit, secundum sacros canones et ordinis sui regularia instituta emendans atque reformans. Etsi autem communiter aliis literis omnes, qui dioecesanæ Frisingensi synodo interfuturi sunt, hortati sumus, ut ad seminarium, in civitate Frisingensi ex decreto sacri Tridentini concilii instituendum, de reditibus beneficiorum ecclesiasticorum conferant; tamen his quoque literis vos proprie hortamur, ut prompto animo in opus tam pium, quantum aequum fuerit, pro modo redituum vestrorum conferatis, cum nullam in rem, vel Deo gratiorem, vel ecclesiae ac toti dioecesi salubriorem, eam pecuniam erogare possitis.

Datum Romae apud s. Petrum sub annulo Piscatoris, die ultima Februarii 1567. Pontificatus nostri anno secundo*).

g.

Vorſchlag des Domherrn Johann Pfiſter, wie wegen des Seminars in Freyſing unterhandelt werden ſollte**).

. . . Apr. 1568.

Clarissime Domine Cancellarie!

Ich ſag euch ganz freundtlichen Dank, daß Ir eueren Vetter begnadet und ihr ſollet fürderhin alle Beſſerung bey Ihme ſpüren. Es ſeynd ja die Urſachen groß genug geweſen. Gott verzeich es menigklich!

*) Aus Harzheim abgedruckt. Auch dieſes Breve findet man bey Lünig (loc. cit.) und in Pii V. epistolis p. 28-30.

**) Dieſes Schreiben, ohne Datum und Unterſchrift, ſcheint an den bayeriſchen Kanzler, Sim. Thad. Eck, in den erſten Tagen des Monates April 1568 erlaſſen worden zu ſeyn. — Joh. Pfiſter von Schöneck, jur. utr. Dr., Clericus Augustanus, wurde i. J. 1556 Domherr in Freyſing und ſtarb dort am 13. Dec. 1582. Er war auch Propſt zu St. Andre in Freyſing und zu St. Zeno in Iſen. Von 1566 bis zu ſeinem Tode bekleidete er überdieß die Stelle eines Generalvicars des Biſchofes von Freyſing. — Vgl. Bugniet's Reihenfolge der freyſingiſchen Suffraganbiſchöfe und Generalvicarien, S. 85.

Quoad seminarium möcht' diese Ordnung fürgenommen werden: Erstlich daß Illustrissimus Administrator mit seinen Regenten und den fürstlichen Abgesandten zu Hof abhandelte den neuen Bau und was Ihre Fürstliche Gnaden jährlich zu contribuiren Vorhabens.

Secundo, ut Illustrissimus personaliter accedat capitulum et petat super deliberatis consensum.

Tertio, obtento consensu inquirat, quidnam capitulum deliberauerit ratione loci (von wegen eines Thumbherrnhofes) et contributionis etc. und so viel Doctor Pfisters Hof belange, befinde man bey ihme alle Guetwilligkeit, nur daß ihm ein gezemender Ersatz geschehe und ihm ein anderer Hof auf dem Berg gegeben werde.

Quibus omnibus expeditis constituatur deinde consilium Seminarii iuxta decretum concilii, quod reliqua omnia disponet, et admoneatur consilium, ne de Professoribus sint solliciti, hanc enim curam Illustrissimum Albertum in se suscipere.

„Daß man den neuen Bau nur darlethen wolle, bis man andere Gelegenheit bekommen möchte". Pestilentissima est ista clausula; denn wenn man etwas im neuen Bau wird bauen wollen, so wird man allzeit die Ausrede haben, daß er dem Seminar nicht gänzlich übergeben sey. Item hiemit macht man sich verdächtig, als würde man mit der Zeit um mehrere Thumbherrnhöfe sich bewerben, damit das Onus alles allein auf das Domcapitel und der Bischof eronerirt werde. Postremo, wenn man tausend Jahr de loco consultirt, so ist auf diesem Berg kein tauglicherer je mehr zu finden. Ad haec, wenn ihr sub hac conditione den neuen Bau wollt daran geben, so wird ein Capitulum mit dem Thumbherenhof auch dergleichen thun, und ist zu besorgen, daß nicht etwa ein Bischof und Canonici hernachkommen werden, welche attenta hac conditione mit der Zeit einhelliglich den neuen Bau und Thumbherrnhof wieder werden ledig machen und das Seminarium über den Berg hinabstürzen und auf der Isar nach Oesterreich schicken. Man sollte ad perpetuandum Seminarium gedenken, besonders weil eben der Neubau, Kasten und Keller ausgenommen, in 40 Jahren, so lang er gestanden, nicht um 10 Kreuzer genutzt. — Zudem so gibt Niemand etwas von seinem Patrimonio, sondern allein ex bonis ecclesiae, quorum Domini

non sumus, sed dispensatores tantum. Bitt deßhalb um Gottes willen, ut rejiciatur conditio ista.

So viel contributionem Illustrissimi Administratoris belanget, ist vermeldt worden, daß man Beholzung, auch eine Anzahl Wein und Korn wollt geben. Auf dieß ist mein Bedenken, daß man die Beholzung nicht wohl anderst haben kann, dann eben von Hof; aber die Contribution wird anfänglich müssen in Geld seyn, damit im neuen Bau und in meinem Hof Alles zu der Nothdurft zugerichtet, item Küchengeschirr, Bettgewand und andere Nothdurft gekauft werden kann. Zudem so kann man allzeit um das Geld Wein und Korn kaufen, oder anstatt baaren Gelds Wein und Korn nehmen, wenn man's bedarf.

Wie hoch aber die Contribution Illustrissimi seyn solle, kann man ermessen. Wenn die Patres*) allein der Kanzel, dem Sacramento ordinis et poenitentiae auswarten sollten (welche alle drey Stücke einem Episcopo allein zugehören), so könnte man sie unter tausend Gulden nicht besolden, geschweige, daß man sie in allen geistlichen Sachen, utpote in visitationibus &c. daneben brauchen kann, und letztlich daß sie dazu curam Seminarii quoad docendum auf sich nehmen sollen. Derohalben soll man sich in contributione unter tausend Gulden nicht vermerken lassen, damit männigklich Ursache hab', sich auch desto stattlicher anzugreiffen. Und soll männigklich gedenken, quod dispensatores tantum sumus bonorum ecclesiae, et non domini. Qui autem dispensat, fideliter dispenset et audiat Apostolum dicentem: Habemus alimenta, his contenti simus; nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nociua, quae mergunt hominem in interitum et in perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

Contributionem subditi cleri und zwar erstlich das Thumbstift mit sammt den fünf collegiatis ecclesiis betreffend, vermeyne ich, wenn ein jedes Stift eine Praebendam dem Seminario incorporiren liesse, daß so dem Seminario mehr geholfen würde, als wenn sie vom Hundert sechs Gulden contribuiren sollten. Item das Einkommen der Stifter ist dem mehreren Theil nach Getraid; es würde

*) Herzog Albrecht wollte das Seminar zu Freysing den Jesuiten übergeben.

also dem Seminario und den Professoribus an Getraid nicht viel abgehen. Und solche facultatem (Vollmacht) auf alle sechs Stifter weiß ich bey jetziger Päpstlicher Heiligkeit wohl auszubringen. Nur bey den zweyen Stiftern München und Mospurg müßte consensus Illustrissimi Ducis Alberti propter jus patronatus auch dabey seyn. Und wenn ich facultatem hätte, mit diesen zweyen Stiftern zu verhandlen, so würde ich sie ganz leicht dahin bringen, daß sie sich dazu verstünden; ja sie würden selbst consensum ab Illustrissimo begehren. Aber sine vestro consensu expresso thue ich hierin nichts; könnte mir sonst wohl wieder gehen, wie mit den Augustinern. Und dieses wäre auch der glimpflichste Weg; denn wenn ihr sonst ihnen von Hof aus diesen Weg deuten würdet, möchte es vim imperii oder mandati auf sich haben und wäre viel besser, sie erböten sich hiezu selbst und hielten an pro consensu.

In specie das Thumbstift belangend, soll man zufrieden seyn, wenn man ein Kanonicat bewilliget, indem es mehr tragen wird, als man vermeynt. Zu dem so geben wir zuvor auch schon eine Präbend nach Ingolstadt.

Auf diesem Wege würde das Seminarium mit perpetuis redditibus und fürnemblich mit Getraid versehen, und was dennoch an Getraid abgieng, könnte man allzeit bey einem Episcopo oder sonst um einen ziemlichen Kauf hie bekommen.

Die Klöster aber betreffend, deren keines gefreyt, ausser die Mendicantes, will mir nicht gebühren, viel davon anderswo zu vermelden, aber bey euch hab ich allzeit votum meum libere gesagt und geschrieben, wie ein Sohn es bey seinem lieben Herrn und Vater soll thun dürfen. Da möchte der Weg einzuschlagen seyn, daß sie zween Commissarii unter den Klöstern verordnen, nämlich Scheftlarn und Scheyern, deren Prälaten zu befehlen wäre, daß sie den anderen, so wie ihren eigenen Conventen das zum gemeinen Besten nothwendige Werk des Seminarii einem jeglichen insonderheit in seinem Kloster anzeigten, und sich darauf berathschlagten, was ein jeder aus gutem, freyem Gemüth und Willen jährlich dazu contribuiren wolle, welches man dann auf dießmal zu eines jeglichen Conscienz gesetzt wollt' haben. Es könnten also die Klöster, unterhalb München liegend, nämlich Fürstenfeld, Indersdorf, Weihenstephan, Neustift, Ebersberg, Rott, Attl u. N.... (Beyharting) bey Tuntenhausen dem Herrn von Scheyern befohlen werden, die anderen aber, oberhalb München, als

nämlich Pewlberg (Beuerberg), Tegernsee, Schlechdorf, Raitenbuch und Ettal, dem Herrn von Scheftlarn, und könnte die Commission durch sie in ganz kurzer Zeit verrichtet werden. Zudem könnten sie beede, allzeit in der Nähe, nomine Praelatorum in allen fürfallenden negotiis leichtlich allher vocirt und die Sachen mit ihnen als ein gemeinsames Werk berathschlagt und in ihrem Beysein auch jährliche Rechnungen aufgenommen werden. Ich habe mit dem Herrn von Scheyern allbereits darüber vertraulich geredet, und wäre ganz gut, daß ihr solches auch mit ihm thätet, da er in kurzen Tagen zu München seyn wird. Und wenn ich den von Scheftlarn zuvor etliche Stunden allein bey mir haben könnte, wollt ich ihm das negotium dermassen expliciren, daß wahrlich der Prälaten keiner seyn würde, der sich nicht zu dem Aeussersten würde angreiffen. Sie dürften dafür nur bey ihnen die überflüssigen Gastereyen abstellen. Ich weiß Prälaten, welche sich dieser Sache im Herzen erfreuen. Aber es liegt Alles an euerm consensus zu München; und wenn ihnen nomine Illustrissimi mit Ernst zugesprochen würde, wollten wir mehr bekommen, als man hätte verhoffen mögen. — Und so viel von den Prälaten.

So viel aber weiter den anderen subditum clerum im Freysinger-Bisthum der Contribution halber belanget, weiß ich mich wohl zu erinnern, daß in Provincia Mediolanensi zehn vom Hundert ad Seminarium verordnet und von Päpstlicher Heiligkeit, obgleich sich die Provincia deßhalben beschwert, confirmirt worden. Allein wiewohl sie daselbst eben so wohl exactiones haben, als wie in Romano Imperio, so wird es sich doch bey uns nicht also thun lassen; es würden auch 8, 6 und 5 vom 100 beschwerlich seyn. Vermeynte derohalben, daß man es zu einem Anfang bey 3 oder 4 fl. vom Hundert sollte verbleiben lassen. Und weil man die Taxam Beneficiorum nicht so bald an die Hand nehmen kann, so sollte diese Anlage einem Jeglichen auf etliche erste terminos (als termini könnten Lichtmeß und Jacobi bestimmt werden) auf sein conscientiam gelassen und die Taxa förderfambst fürgenommen werden.

Und also habt ihr all mein Gutachten in negotio Seminarii und könnte dieß Alles noch vor Pfingsten verrichtet werden.

Solches schreib' ich euch in Eil', weil unser Thumbdechant allhie auf nächstkünftigen Samstag nach Eichstätt verreisen und hoffentlich auf den 16. darnach wiederum allhie ankommen wird. Und weil,

wie man sagt, innerhalb 14 Tagen unsere Gesandten von hinnen in Austriam et Carinthiam verschickt werden sollen, dabey dann auch vielleicht Thumbherren seyn werden, so soll man dieses Werk länger nicht einstellen und allher uns bey Zeiten einen Tag zuschreiben, damit das Werk nicht verschoben werde.

Und wie höchlich dieses Negotium bey dem sacro Cardinalium collegio und fürnemlich bey jetziger Päpstlicher Heiligkeit unserem Illustrissimo Administratori ersprießlich seyn wird, davon darf ich nicht genugsam schreiben, da man es mir nicht glauben würde, aber die Zeit wird es in Kurzem zu erkennen geben.

h.

Bericht des .... in Freysing an den Erzbischof zu Salzburg in causa Seminarii, so Herzog Albrecht durch zween Abgesandte aufzurichten verlanget*).

April 1568.

Hochwirdigester Fürst, genedigester herr ꝛc.

Der durchleuchtig hochgeborn Fürst vnd herr, herr Albrecht, Pfalzgraf bei Rhein, herzog in obern vnd Nidern Bairn ꝛc. hat dem Domdechant zue Freising mit gnaden zugschriben, vnd ein Capitulum peremptorium auf montag nach Judica diß acht- vnd sechzigsten Jars anzestellen begert, daß dan also angestelt ist worden. Seind jedoch Ir fürstlichen gnaden gesannte, Doctor Christoph Elzenhamer vnd Erasmus Vendt, erst mitwochs darnach, den 7. April, erschinen, vnd neben fürgelegtem Credenzschreiben, vngferlich volgende meinung ainem Capitl fürgetragen:

Nachdem Bäbstliche heyligkait herzog Albrecht ꝛc. Fürstliche gnaden nit ain-, sonder etlich mal geschriben, wie Sy dan solche Bäbstlicher heyligkeit schriften vnd Breuie, do Sy ein Capitl begerete, fürzuweisen hetten, das Ir heyligkeit anderst nit verhoft, dan dieweil Ir fürstlichen gnaden geliebter Sohn, herzog Ernst ꝛc., in diser Jugent zu ainem Administratorn des stifts Freising gesetzt, das mit Ir fürstlichen gnaden hülf vnd zuthuen alles dasjenig, so in dem Bistumb

*) Aus dem bey den Acten des erzbischöflichen Ordinariates München-Freysing liegenden Concepte, welches einer Unterschrift entbehrt. — Dieses Schreiben wurde durch den Dompropst von Freysing persönlich nach Salzburg überbracht.

Freysing Reformierens bedörft, sowol in geistlichen, als weltlichen sachen, corrigiert vnd gepössert werden solle, derwegen dann Jr fürstliche gnaden entschlossen wären, der Bäbstlichen heyligkeit zuwilfaren, damit dem Stift sowol in geistlichen als weltlichen sachen geholffen, auch dessen ehr, heil vnd Wolfart zu dem Pösten befürdert würde, So könnte doch Jr fürstliche gnaden genedig wol erachten, das, wouern solche Reformation, S.S. Concilii Tridentini Decreten, vnd der Bäbstlichen Heyligkeit begern nach, in das werkh solte gezogen werden, ein zue rauher vnd scharpfer weeg sein, vnd hierdurch vnser, der geistlichen, schwachhait dem gemeinen Pöfel vil mer zue ergernus, den vmligenden Sectischen aber zue einer Frolockung gelangen würde, vnd auch etwa das Capitl dardurch angegriffen vnd belestigt werden mueste. Derwegen vermeint Jr Fürstl. gnaden diß ein miltern weeg zu sein, das Rev^mus et Ill^mus Dominus Administrator vnd ein Capitl darob sein wolten, ein statlich Seminarium aufzurichten, die Jugent in gueten Christlichen tugenden vnd künsten dermassen zue Instituiren, daraus man konftiger Zeit tanquam ex promptuario ein gotseelige, erbare, daugliche briesterschaft erziehen vnd gehaben möchte, wie dan diß vorlengst in dem Nebenabschid, die geistlichen ꝛc. betreffendt, auf dem Reichstag zue Augspurg A. C. 59 &c., volgendts in SS. Concilio Tridentino, beschlossen vnd befolhen wäre worden. Jr fürstlichen gnaden versehe sich demnach, das ein Capitl der Bäbstlichen heyligkeit zu eren, vnd Jr fürstlichen gnaden zue gehorsamen, diß gotseelige werkh dermassen befürdern würde, das Bäpstliche heyligkeit, auch Jr fürstliche gnaden, des Capitls gehorsam spüren möchten, auch (das) Jme des Stifts ehre, heil und wolfart angelegen seie. Es verhoffe auch Jr Fürstliche gnaden, das durch ein solchs mittel dem Stift nit wenig (werde) geholfen vnd das böse, ärgerlich Leben ietzt wesender Clerisei*) zum teil abgestelt werden.

Neben den gesantten erschinen auch Rev^mi et Ill^mi Domini Administratoris &c. hofmeister, Christoph von Pienzenau, vnd Doctor Joh. Lorichius, Canzler, anzeigendt, wie angeregte gesantten Rev^mo et Illmo Domino Administratori &c. ebenmeßige meinung, wie an jetzt vor ainem Capitl geschehen, auch angebracht hetten, dar-

*) Bey der allgemeinen Visitation im Jahre 1558–1560 hatte man sich von dem damaligen tiefen Verfall der klericalischen Disciplin in allen Diöcesen Bayerns nur zu sehr überzeugen müssen. Vgl. oberbayer. Archiv, Bd. III. S. 48–50.

auf sich Ir fürstlichen Gnaden der Bäbstlichen heyligkeit, auch Ir fürstlichen gnaden geliebten herren Vatter ꝛc. zue schuldigen gehorsam anerbotten hette, diß werkh des Seminarii müglichs fleiß zu befürdern, souil Ir fürstlich gnaden neben anderen obliegenden bürden erschwinglich wäre ꝛc.

Hierauf gabe ein Capitl baiderlei Fürstlichen gesantten dise vnterthenige antwort, das ein Capitl des stifts ehre, hail und wolfart alzeit mügligs fleiß zu befürdern geflissen gewest, vnd noch, dan diß ainem Capitl an dem meisten ob- vnd angelegen wäre. Dieweil aber die gesannten Ir begern auf Bäbstlicher heyligkeit Breuie vnd schriften fundierten vnd stellten, wolten Sy dieselben ainem Capitel zu ersehen vergonnen.

Auf ersehung der Breuien-Copeien hat ein Capitl die geistlichen Regenten des Stifts erkhieset, den gesannten anzezeigen, ein Capitl wäre alzeit geflissen gewest, vnd noch, alles das Jenig zehandln, das zu des stifts nuz, wolfart, aufnemmen vnd ersprieslichkeit reichen, dienen vnd gedeuen möchte. Neben dem aber hett ain Capitl vermerkt, Sy die gesantten hetten des Seminarii halber einen schriftlichen Begrif, außer den Breuien, was massen und gestalt das Seminarium aufgericht sol werden, den wolten (möchten) Sy ainem Capitl auch zustellen, damit man sich desto füglicher darauf resoluiren möchte.

Die gesantten replicierten, Sy hetten ausser der Breuien kein andern schriftlichen Begrif, des Seminarii halber. Der Breuien aber were das erst gleichwol in genere, das andere aber specifice auf das Stift Freysing gestelt. So khönten Sy auch ainem Capitl, auf sein so generel erbieten des Seminarii halber kein sondern bericht nit geben, ein Capitl thät Inen dan ein austruckenlich Zusagen des Seminarii halber, alsdann möchten Sy de modo mit ainem Capitl weiter dauon handlen.

Entgegen haben die Regenten dupliciert, weil dann Sy, die Gesantten, auch nur in genere des Seminarii halber meldung gethan, So khönte sich ain Capitl auch kainer andern, dann hieuor gegebner antwort entschliessen, nemlich ein Capitl werde allzeit geflissen sein, des Stifts heil, ehre vnd wolfarth, müglichs fleiß zu befürdern.

Solches erbieten haben nun die gesantten a genere ad speciem auf das Seminari angedeuttet, vnd für bekhannt angenommen, vnd darauf den achten dieß ainem Capitl fürgebracht, dieweil Sy des Capitls Zuesagen auf das Seminary verstüenden, wolten Sy ainem

Capitl nit verhaltten, was es vngferlich für ein gestalt gewinnen würde. Jedoch wolten Sy durch disen Bericht Irem genedigen Fürsten vnd herren ꝛc. nit fürgegriffen haben. Nemlich, das Rev^mus et Ill^mus Dominus Administrator &c. darleihen wolte den neuen Paw genannt zue Freising, zue bewonung der Scolarn vnd etlicher Professoren, so lang, bis ain gelegnerer orth zubekommen. Nachdem aber nit alle Professores in dem neuen Pau wonen mügen, solle ein Capitl auch ein haus darzue geben, vnd gleichwol etliche Domherren heuser darzue fürgeschlagen wären worden, hett doch Ir fürstliche gnaden gueten bericht, (daß) kein gelegners seie, dann Doctor Pfisters. Neben dem so wolt Rev^mus et Ill^mus Dominus Administrator &c. auch Jerlich hergeben ein zimliche anzal traid vnd wein, auch holz nach notturft ꝛc. Ein Capitl aber sambt den zue Freysing vmligenden stiften solle jerlich geben zwey dausent gulden, vmb andere nottürftige Vnterhaltung ꝛc. Vnd dieweil Rev^mus et Ill^mus Dominus Administrator &c. schon bewilligt hetten, versehen sich die gsantten, ain Capitl werde auch nit lenger weigern, sonder aus oben nach lenge erzelten Vrsachen bewilligen.

Darauf antwort ain Capitl, nachdem an jetzt erst diß Seminary, was es für ein gstalt gwinnen solte, durch Sy, die gsantten, wurde fürgebracht, begeret ain Capitl, Sy, die gsannten, wolten solches Ir fürbringen ainem Capitl schriftlich mittheilen. Dieweil sich aber die gsantten diß verwiderten aus Vrsachen, Sy hetten, diß zu thun, kein befelch, entgegen entschuldigt sich ain Capitl mit der heiligen Zeit, auch das sich in alweg geburet, mit Euer fürstlichen Gnaden als vnserm genedigsten Herrn vnd Metropolitano, auch cum Rev^mo et Illmo Domino Administratore &c., von deren fürstlichen Gnaden sich ein Capitl nit wolte absöndern, vnterthenigst zue vnterreden.

Nachdem aber die gsantten auf dem beharreten, das ein Capitl Inen ein schliesliche antwort geben solte, vnd Sy in gar kein Verzug bewilligen wolten, lautt Irer habenden Instruction, auch Vnser vilfeltiges anhalten dahin verstuenden, als ob ein Capitl solches Seminarium gferlicher weis wolte aufziehen, liessen sy sich weiter vernemmen: Souer ein Capitl nit bewilligen wolt, würde nichts desto weniger dieses Seminarium für die hand genommen, vnd demselben (dem Capitel) ein gepürlich Deputat*) gemacht, auch dem Inhalt der Breuien stracks nachgethan werden.

*) In marg.: Von Vnserm einkommen, das wir hin vnd wider In dem Land zu Bairn hetten.

Auf dieſes der geſantten anbringen name ein Capitl die ſach zu weiterm bedenkhen, vnd dieweil ain Capitl geſpürt, das ſich die geſantten on ain entlich ſchliesliche Antwort nit abweiſen wöllen laſſen, gabe Innen Capitl letztlich diſe antwort, das ſich ein Capitl auf Euer Fürſtlichen gnaden als Vnſern genedigſten herren vnd Metropolitanum referierte, geſchehe nit darum, das ain Capitl die ſach in die herre (Länge?) gferlicher weis ziehen wolte, ſonder ſy, die gſantten, wären ſelbs diß Verſtandts, khonten auch woll erachten, daß ain Capitl alles mit genedigſtem Vorwiſſen vnd bewilligung Euer Fürſtlichen gnaden, alls deſſelben genedigſten herren und Metropolitani &c., gebürrt fürzunemen. Aber wie dem, ſo ſei ein Capitl auf der geſantten ſo ſtarkh anhalten, erpittig, alles das Jenig deß Seminarii halber zulaiſten, in form, maß vnd gſtalt, wie es von dem heiligen Tridentino Concilio ainem Capitl neben andern ſtiften vnd Cleriſeien auferlegt vnd befolchen wer worden, vnd wie es der clare lauttre buchſtab mit ſich bringt.

Mit diſer antwort ſeind die geſannten alſo zuefrieden geweſt, ſich auch erboten, Irem genedigen Fürſten vnd herrn ꝛc. von wegen ains Capitls vnterthenig dieſelb anzefüegen, zweifls on, Ir fürſtliche gnaden würden diß ain genedigs gfallen tragen, es würd auch Ir fürſtliche gnaden mit derſelben geliebten Sohn, herzog Ernſten ꝛc., ehiſter gelegenheit entſchlieſſen, dieß Seminari in das Werk zu richten, vnd die Reformation Inhalt der Breuien an die hand zenemen.

Seind alſo auf diß die geſantten abgeſchieden.

Solches auf Euer fürſtlichen gnaden genedigſts begern hab ich denſelben Euer fürſtlichen gnaden vnterthenigſt berichten ſollen.

i.

Extractus
ex constitutionibus et decretis, concinnatis in provinciali synodo Salisburgensi*)
anno 1569.

Constitutio LX. De seminario clericorum.

Caput I.

De utilitate seminariorum et a quibus sint instituenda.

Licet pro nostrae provinciae ecclesiis de sacerdotibus providendis, praeter ordinarias civitatum oppidorumque scho-

*) Vid. constitutiones et decreta concinnata in Provinciali Synodo Salisburgensi anno Domini M.D.LXVIII., atque sub

las, alias praeterea ab omnibus, primum nostra Metropolitica, deinde cathedralibus atque collegiatis ecclesijs, nec non et monasterijs institui, studiosos gratis erudiri atque magna ex parte alimentis sublevari, ut tandem suæ doctrinae fructum metentes sacerdotio apti sint et ecclesiae necessitati subveniri possit, jam olim curatum sit: verumtamen (nescimus, quo malo, vel negligentia potius) nos spe concepta defraudatos esse nostrasque ecclesias in priori fere necessitate laborare conspicientes: tametsi enim complurimi fuerint aliti atque edocti, pauci tamen ad frugem et ecclesiæ utilitatem pervenere, sed propter nimiam vivendi libertatem atque licentiam, superintendentium negligentia concessam, secundum sua desideria ambulantes, parum in literis, minus in bonis moribus profecerunt, neque proficiendi studium fuit: adeo quod ejuscemodi dyscolis bacchantibus ecclesiae ministeria, etiamsi maxime vellent, tuto committenda non sint, cum nec doctrina, nec moribus, nec exemplis respondeant. Hinc (proh miseria!) fit, ut ecclesias plane desertas relinquere, aut vilissimos et quovis rustico imperitiores homines, contra nostram voluntatem ecclesijs præficere cogamur. Cui deflendæ necessitati Nos nostrique Coëpiscopi succurrere et consulere cupientes, nostraque in hoc negotio consilia jam pridem conferentes, non aliud oportunius esse remedium censuimus, quam quod in nostra metropolitana et cæteris cathedralibus ecclesijs collegia instituantur, in quibus bonae spei juvenes, ad ecclesiae venerabiles conditiones aspirantes, in literis humanioribus, juxta et divinis, ac optimis moribus, ecclesiasticaque disciplina diligentissime erudiantur, ibique (ut contra cujusvis subdoli spiritus afflatum et imposturam communiti sint) sub accurata et continua alicujus excellentis Rectoris ac Praeceptorum retineantur disciplina tantisper, donec in literis, moribus et pietate tales progressus fecerint, ut suae probitatis ac diligentiae gloriam consecuturi, a trivio scholastico ad domum Dei, perinde ut portum tutissimum, hoc

---

Archiepiscopo Joanne Jacobo cum approbatione Sanctae Sedis Apostolicæ edita, nunc demum ex mandato Archiepiscopi Ernesti recusa. Salisburgi, 1697. 4°. (p. 307–311) et Dalham concilia Salisburgensia (Aug. Vind. 1788, fol.) p. 528–530.

est, ad sacros ordines et ecclesiae sanctissima ministeria et verbi Dei praeconia, tanto honore digni acceptentur et in eo vitae genere ita strenue militent, ita praeclare se gerant, ut locis ecclesiasticis vacantibus, illic tanquam in stationes, concionando, sacrificando, orando, divinaque ministeria obeundo, optimis de se exhibitis exemplis, pro salute reipublicae christianae, pro conservatione ecclesiae Dei, pro seipsis denique contra diabolum, hæreses, inferorum portas, cum laude ac victoria pugnare, dimicare possint. Alioquin fieri vix posset, ut ecclesiis nostris recte consuleretur. Adolescentium etenim aetas (quod bene Tridentina quoque synodus*) admonuit), quae ad mundi prona est voluptates sequendas, nisi a teneris annis, antequam vitiorum habitus totum hominem possideat, recte instituatur et ad pietatem et religionem informetur, in eisdemque per aliquod temporis spatium exercitata detineatur, ita, ut habitum optimi viri ecclesiastici adepta fuerit, nunquam perfecte et sine maximo ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica poterit perseverare. Eam vero rem sic se habere, nostra et aliae forsitan plures orthodoxae ecclesiae non sine maximo incommodo expertae sunt. Atque tametsi ad hanc non vulgarem necessitatem, tum temporis maturo judicio pensitatam, et divino instinctu consilium captum, Tridentinae synodi sacratissima authoritas accesserit: nihilominus, gravissimis occupationibus inevitabili modo distracti et praepediti, tam salutare et a Deo datum consilium hactenus neque Nos neque nostri Coëpiscopi valuimus executioni mandare: quamvis alias quoque ejusdem rei gratia non parum laboraverimus, sed frustra, cum multa et inexpectata intercederent, quae huic negotio damnosam inducerent moram. Nunc tandem remotis magna ex parte impedimentis, hoc opus eo usque intermissum, posthabitis omnibus alijs, alacri animo aggredi coepimus, ne in opere Domini remissiores vel Spiritui sancto resistere videremur: sed ut defectuum incommoda ab ecclesijs nostris ocyus declinaremus, per hanc praesentem nostram constitutionem decernimus, ut in hac nostra civitate metropolitana ac deinceps in quatuor

*) Sess. 23. cap. 18. Decret de reformat.

nostrae provinciae primarijs civitatibus, Frisingensi, Patavicnsi, Ratisbonensi et Brixinensi, certae domus seligantur eaeque in formam collegij, cum auditorijs, habitationibus atque alijs, juxta formam concilij Tridentini pro certo numero studiosorum juvenum eorumque Praeceptorum necessarijs, componantur, ita ut in semestri spatio ab istarum constitutionum publicatione ad usum habitationis atque literariae exercitationis paratae accommodataeque sint. Ordinarij autem eorum locorum de domibus ad hunc usum, situ, loco et commodidate circumspici curabunt. Quod negotium, si (uti speramus) executioni fuerit mandatum, non dubitamus, quin brevi, non solum idoneos sacerdotes et ecclesiastas, sed etiam pios, doctos et impigros scholarum magistros (quibus aeque indigemus) simus habituri. Si enim dictorum quolibet loco tres duntaxat Rectores, animarum scilicet custodes et educandae juventutis moderatores, nec non et magistratus haberentur, qui pietatis cultores, fidei Catholicae propugnatores atque promotores, tum etiam literarum morumque informatores egregij forent, fieri non posset, quin hujus nostrae provinciae populum haud multo post in meliori, tranquilliori atque beatiori statu conspecturi essemus. Quod ut ex voto accidat, etiam Principes suam impendent operam: cujus rei gratia etiam superius a nobis pie sunt admoniti, ut nempe singulis regionibus, vel, ut alias vocantur, praefecturis suis tales praeficiant magistratus et officiarios, quales christiana pietas et publica necessitas requirit: Nos itidem, nostrique Coëpiscopi caeterique Prælatie omnem navabimus operam, ut, suæ diligentiæ nostram conjungentes, ex nostrarum scholarum seminarijs eisdem suis regionibus, commodis tum clericis, tum etiam paedotribis prospiciamus. Speramus etenim indubie, nos inde præclarum fructum brevi temporis curriculo collecturos esse. Faxit divina bonitas, ut quod bene instituimus, optime succedat, ad gloriam nominis sui et christianae ecclesiae salutem!

Cap. II.

De conscribenda forma Seminariorum.

Quod caeterum ad ejusmodi collegiorum vel seminariorum sustentationem attinet, sacri Tridentini concilij ea de

re constitutio et Nobis et caeteris Coëpiscopis nostris etc. modum ac viam praescribit, quam sequi et, quid porro necessarium sit, collatis suffragijs decidere, consentaneum fuerit. At ut singula pro hujuscemodi conservandis collegijs rite disponantur, curabimus quandam formam seu ordinationem præcise juxta œcumenici Tridentini concilij traditionem peculiariter ac separatim conscribi, ad cujus praescriptum quaevis seminaria per nostram constituenda et regenda venient provinciam.

Cap. III.

De alendis scholasticis a quatuor inferioribus Suffraganeis.

Cum vero caeteri nostri Suffraganeatus, utpote Gurcensis, Chiemensis, Seccoviensis et Lavantinus, ob suam tenuitatem ejuscemodi collegijs extruendis non sufficiant, ne tamen eorum fructu penitus careant, decernimus, quod eorum quilibet certum studiosorum juvenum numerum (quantum opes suae ferent atque a Nobis praescribetur) in nostro Salisburgensi seminario suis impensis alat, quorum operam tandem in suae ecclesiae commodum vertere quisque possit.

k.

Auszug

aus den Beschlüssen der Provinzialsynode in Salzburg vom Jahre 1576*).

— — Neben dem ist auch bedacht worden, daß zu Abstellung des Concubinat's auch ain guett mittl sey, da die Seminaria, Innhaltt des Trientischen Concilii, und der Provintzial Statuten aufgericht werden, dan dardurch die khunfftigen Pastores, und andere beneficiati von Jugent auf, zu guetter disciplin underwisen, also daß Sy verhoffentlich für sich selb von dem Laster ain abscheuch tragen, und sich oder die Briesterlich würde, damit nit beflecklhen wurden, derohalb der Herr Metropolitan die abgesandte Herrn Räthe, genediglich ermont, bey Iren Herrn Ordinarien zuverfuegen, damit J. Fr. Gn. die Seminaria lenger nit einstellen, wie dann J. Fr. Gn. hierinn gleichfals nit gefeirt, und daß Ir mit der ersten in daß werckh richten, endtlich entschlossen sein, Derohalb Ir Fr. Gn. auch bericht

*) S. Dalham, Concilia salisburgensia, p. 585. — Cf. Ried cod. dipl. Episcop. Ratisbon. Tom. II. p. 1219. — Ueber die Freysingersynode v. J. 1576 sehe man die Sion, Jahrg. 1850, Beylage 3, S. 169 — 176.

zu werden begeren, welchermaſſen gedächte Seminaria würckhlich durch Sy angericht ſein.

I.

Auszüge

aus den Sitzungsprotocollen des Domcapitels in Freyſing.

1.

Aus dem Protocolle vom 31. März 1598.

Praesentibus DD. Praeposito, Decano, Scholastico, Schrenk, Lechel, Auer, Welser, Muggenthal, Koboldt, Rechlinger et Kepser,

Hr. Dompropſt proponirt, daß jüngſt von Ihrer Churfürſtl. Durchl. ein Schreiben an die geiſtliche Regierung und zugleich eines an das Domcapitel abgegangen und ihm eingehändiget, er auch ermahnt worden ſey, darob zu ſeyn, daß förderlich Reſolution darauf erfolge. Herr Dompropſt übergibt alſo dieſes Schreiben, welches abgeleſen und daraus verſtanden wird, „wie Ihre Churfürſtl. Durchl. „zu Gemüth führen, daß ſowohl vermöge des Concilii tridentini als „auch statutorum synodalium bey allen Hochſtiften Seminaria „aufgerichtet werden ſollen; da es aber bey dem Stift Freyſing aller„hand bewußten Urſachen halber unmöglich und nicht ſeyn könne, ſo „wären Ihre Churfürſtl. Durchl. auf andere Mittel zu denken verur„ſacht, und wären der gnädigſten Meynung, daß ſowohl bey dem „Domſtift, als den beyden Nebenſtiften St. Andre und St. Veit „alhie die nächſte Pfründe, in welchem Monate dieſelbe auch erlediget „werde, extinguirt und zu dieſem Ende gebraucht und angewendet „werde, daß nämlich etliche Studiosi (ſo zu mehrerer Sicherheit all„bereits Subdiaconi und des Alters, daß ſie in kurzer Zeit Prieſter „werden möchten) auf einer Univerſität davon unterhalten und zum „wenigſten zwey Jahre Catechismum romanum ad Parochos und „casus conscientiae hören ſollen, damit auf zutragende Fälle taug„liche Perſonen von denſelben herzunehmen ſeyn und zu des Stiftes „Nutzen gebraucht werden möchten. Doch ſollte eine Pfründe höher „nicht, als im Domſtift auf 150 fl., bey St. Andre auf 125 fl., „und bey St. Veit auf 100 fl. in Münze taxirt ſeyn. Ihre Chur„fürſtl. Durchl., die bey dieſer Sache auch an Ihrem Zuthun nichts „ermangeln laſſen werden, begeren daher, ein ehrwürdiges Domcapitel „wolle ſich hierüber unverzüglich reſolviren".

Da diese Sache wohl zu erwägen ist und die Vota ungleich ausfielen, so wurde die Resolution auf acht Tage eingestellt, während deren ein jeder H. Capitular sich entschliessen möge.

2.

Aus dem Protocolle vom 14. April 1598.

Praesentibus DD. Praeposito, Decano, Scholastico, Schrenk, Lechel, Auer, Muggenthal, Koboldt, Rechlinger et Kepser.

Hr. Domdechant proponirte, daß, nachdem über das Schreiben Ihrer Churfürstl. Durchl. wegen Extinguirung einer Präbende ꝛc. vor acht Tagen, da einige Capitularn nicht präsent gewesen, die Berathung nicht habe gepflogen werden können, die Sache aber länger nicht mehr verschoben werden dürfe, heute darüber Beschluß gefaßt werden müsse, was man thun und wie man das Schreiben Ihrer Churfürstl. Durchl. beantworten wolle.

Darauf wird nach genugsamer Erwägung der Sachen omnium praesentium Dominorum capitularium voto (wie denn auch Herr Welser sich hiefür und auf erste Proposition resolvirt) beschlossen, daß, weil dieß werk an ihm selbst hoch nothwendig und zu vieler christglaubigen Menschen Heil und Seelen Seligkeit gemeynt, auch nicht abzusehen, wie ein ehrwürdiges Domcapitel hiezu ein Wenigeres, als durch Ihre Churfürstl. Durchl. begert wird, thun könne, diesem Ihrer Churfürstl. Durchl. gnädigsten Begehren und Vorschlag unterthänigst statt zu thun, und darein, jedoch certis conditionibus zu willigen, nämlich, daß, da Ihrer Churfürstl. Durchl., als dem Haupt, principaliter obliege, diesem Werk einen Anfang machen, (Sie) Sich (erklären), was Sie dazu thun oder woher, weil es de mensa episcopali der Zeit unmöglich, auch nicht rathsam, Sie es nehmen wollen; item daß die begehrte Extinction einer Präbende, so viel den Todfall anbelangt, da sich einer begeben würde, auf nächsteingehenden Monat May, so viel aber die Verabreichung des gemachten Anschlages der 150 fl. betrifft, erst nach Endung des anni gratiae dessen, so abgeleibt, und nach völligem Empfang der Todtenpfründe ihren Anfang und Wirkung haben solle. Dann auch ferner, da, wie zu erachten, die Extinction mit der Päpstlichen Heiligkeit Consens und Bewilligung geschehen müsse, daß Ihre Churfürstl. Durchl. Dero selbst gnädigstem Erbieten nach solchen ausbringen helfen wollen; daß auch, da sich der

Fall in Ihrer Churfürstl. Durchl., oder vielmehr Päpstlichem Monat zutragen würde, diese Extinction allen anderen vor diesem gegebenen Expectantiis vorgehen solle, und dann letztlich, daß, wenn es sich begeben sollte, daß Ihre Churfürstl. Durchl., aus was Ursachen das geschehen möchte, mit diesem Werke nicht fürfahren würden, ein ehrwürdiges Domcapitel diese Bewilligung auch nicht binden und zur Zahlung verpflichten solle*).

m.

Amussis Stipendiatorum.

Circa 1599.

Recipiantur non minoris aetatis quam 20 aut 21 annorum, qui aut actu sint Subdiaconi aut intra annum subdiaconatus gradum et successiue reliquos ordines assumant.

Ejus sint eruditionis et ingenii, vt et latinam linguam sufficienter intelligant, et sint capaces earum lectionum, quæ ad curam animarum pertinent.

Initium sit D. Michaelis festum, a quo tempore sive Monachii, sive eo loci, quo destinabuntur, per integrum biennium quotidie audiant casus conscientiae et catechismum Romanum ad parochos, aut eas lectiones, ad quas a patri-

*) Auch die beyden Collegiatstifte St. Andre und St. Veit erhoben gegen diese Extinction einer Präbende keinen Anstand, was um so begreiflicher ist, da sie nur den kleineren Theil der Rente ad Seminarium abgeben durften, den gröfferen aber unter die übrigen Capitularen vertheilen oder zum Besten der Kirche ꝛc. verwenden konnten. Von einem Beytrage des Bischofs selbst zeigt sich aber keine Spur. — Die Erholung einer speciellen Genehmigung des Päpstlichen Stuhles für diese Maaßregel nachzusuchen, wurde unterlassen und sie konnte erst im Jahre 1617 mit grosser Mühe nachträglich erlangt werden. Das Seminar kam jedoch in dem Sinne, wie das fürstbischöfliche Schreiben an das Domcapitel vom Jahre 1598 angedeutet hatte und wie die nachfolgende von der geistlichen Regierung dem Bischofe vorgelegte Amussis näher bestimmte, i. J. 1599 nach eingetretener Erledigung eines Canonicats bey St. Veit wirklich zu Stande. Bey dem Domstifte und dem Collegiatstifte St. Andre wurden erst i. J. 1605 Präbenden vacant. Das Domcapitel entrichtete aber demungeachtet seinen Beytrag, so lange Bischof Ernest lebte, nicht, sondern verstand sich dazu erst unter dem Bischofe Stephan (i. J. 1617).

bus Societatis deputabuntur, quibus omnino subsint et in omnibus morem gerant.

Ab iis quoque seu a professore singulis angariis testimonium nobis exhibeant, tam quoad mores et vitæ rationem, quam quoad profectus in studiis.

Singulis quoque mensibus confiteantur et solennioribus festis ad sacram accedant syntaxin.

Poterunt etiam, pro patrum arbitratu, in ecclesiasticis muneribus versari et se exercere.

Exacto biennio obligati sint, Rev^mo Domino Ordinario intra hanc dioecesin per quadriennium inseruire, nec vllam ecclesiasticam functionem abnuere, sive ea sit Pastoris aut Parochi, sive Cooperatoris.

Quod si intra illud tempus aliam conditionem extra hanc dioecesin acceptaverint, teneantur ad sumptuum seu demensi restitutionem, a quo tamen onere soluti sint, posteaquam per quadriennium suum munus expleuerint, aut si ipsorum opera Ordinarius vti non velit.

Neglectae absque causa lectionis trium cruciferorum mulcta esto, inter collegas proxima angaria diuidenda.

Demensum seu annona sit quotannis fl. 36, singulis angariis distribuenda, et per biennium duratura. Quod si intra hoc tempus sua culpa hac conditione exciderint, aut alio se contulerint, teneantur ad accepti restitutionem, de quo cauere debent per fidejussores.

Dyscoli patrum correctioni subjiciantur.

n.

Amussis siue ordo, qui posthac et in futurum, erecto jam semel legitime et stabiliter confirmato Seminario Frisingensi, sit seruandus. 1616.

Primo. In hujusmodi seminario collocentur pro modo facultatum ingenui adolescentes, decem plus minus. Et ii quidem, qui procliuiores ad uitam ecclesiasticam, et praecipue pauperes, hujusque, quoad fieri potest, Dioecesis, modo ex legitimo thoro nati sunt ac decimum octauum annum compleuerunt, denique in humaniorum studiis ad minus syntaxin majorem absolverunt, quorumque indoles et uolun-

tas spem adfert, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inseruituros.

Secundo. Sic recepti, tonsura statim vtantur ac postmodum et successiue pro cujusque modulo reliquos ordines, ad placitum tamen Rev^mi et Ill^mi Ordinarii seu Episcopi, accipiant. Quibus loco tituli mensae assignatione fructuum a seminario facta, causa inseruiendi beneficio vnito seminario, ut ibi inseruiant, donec alias eis prouisum fuerit, de congrua sustentatione satis superque prospectum sit.

Tertio. Initium concessionis ejusmodi stipendii ut plurimum sit D. Michaelis festum, nisi forte alio tempore stipendium aliquod prius uacare coeperit, quo alius idoneus alumnus prouideri absque interjecta mora poterit, a quo tempore uel Monachii uel Ingolstadii, uel eo loci, quo destinabuntur, tot annos bonarum artium literis, maxime casibus conscientiae, ac theologiae morali, aut iis studiis et lectionibus, ad quas a Patribus societatis Jesu deputabuntur, insument et incumbent, donec ad Presbyterii gradum condigne promoueri possunt.

Quarto. Taliter asciti in numerum alumnorum non solum in omnibus, tam quoad studia, quam etiam vitam et mores ac pietatem subsint correctioni et emendationi praefatorum Patrum societatis Jesu, verum etiam, quoties necessum uidebitur uel expostulatum fuerit, ab iis seu Praeceptoribus ipsorum testimonium morum vitae atque progressuum aut profectuum in studiis exhibeant.

Quinto. Exerceant etiam se pro Patrum arbitratu in ecclesiasticis muneribus, vt eo dexteriores et magis versati in diuinis peragendis ac administrandis reddantur.

Sexto. Absolutis studiis aut completis annis ad Presbyteratum requisitis obligati sint, vi ab ipsis hac de re specialiter datarum literarum obligationum, non solum sacros ordines omnimodo capescere, sed etiam Rev^mo et Illmo Domino Ordinario seu Episcopo intra hanc Diœcesin præ omnibus reliquis Dominis Ordinariis tot annis inseruire, nec ullam ecclesiasticam functionem renuere, siue ea sit pastoralis aut Parochi, sive Cooperatoris, quot annis hujusmodi stipendiis fruiti sunt.

Septimo. Quod si autem intra illud tempus aliam conditionem extra hanc Dioecesin acceptauerint, teneantur ad perceptorum fructuum, sumptuum ac demensi refusionem, a quo tamen onere seu nexu soluti sint, posteaquam per illud tempus, quo stipendiis fruebantur, munus expleuerint et officium suum, quasi recompensando, praestiterint, aut si denique ipsorum opera Ordinarius amplius vti nolit.

Octauo. Demensum siue annona sit quotannis flor. 60, singulis angariis distribuenda, usque ad gradum Presbyterii duratura, nisi qui ipsorum culpa hoc stipendio exciderint aut alio se contulerint, quo casu ad accepti restitutionem teneantur, super quo, quantum possunt (cum non omnibus in promptu et facile est, vades dare) aliter caueant.

Vltimo. Directorium autem in omnibus suprascriptorum Rev^mus et Ill^mus Ordinarius habebit, qui omnia sua discretione et juxta decreta concilii Tridentini moderabitur, rationes uero reddituum hujus seminarii idem Ordinarius uel Episcopus vigore praefati concilii Tridentini annis singulis accipiat, praesentibus duobus a capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, et totidem a clero s. Andreae et s. Viti collegiatarum ecclesiarum deputatis.

o.

Obligatio Alumnorum.

1616.

Ego N.N. hac mea propria manu fateor ac omnibus hisce testatum facio, me posteaquam a Rev^mo et Illmo Principe Stephano, Episcopo Frisingensi, Domino Domino meo clementissimo, in numerum Suae Celsitudinis alumnorum adscitus fui, in omnibus et per omnia velle et debere omnes meas actiones et mores uiuendi, ac bonarum artium studiis inuigilandi, ad praescriptam hac in re omnibus alumnis normam seu amussim instituere, moremque mihi hac in parte præstitutorum præceptorum atque inspectorum fideliter gerere, maxime autem vel inprimis eo omnia mea studia dirigere, iisque potissimum incumbere, quae olim orthodoxae ecclesiae ejusque subditis, praesertim Frisingensis Dieecesis, ad consequendam salutem aeternam maximo usui esse po-

terunt, ac praecipue commodabunt, idque ad tot annos, per quot hoc concesso stipendio fruitus fuero, et si secus (quod Deus benigne auertat) fecero, ad restitutionem ac refusionem omnium perceptorum fructuum ac demensi obstrictus tenear, sub vinculo et nexu hujus meae syngraphae, qua in majorem fidem et obligationem praefatæ suae Celsitudini cauere uolui. Actum Frisingae. . . .

p.

Tabula omnium Alumnorum
Episcopatus Frisingensis ab anno 1589 usque ad annum 1616*).

1. Ottmarus Neupaur, susceptus angaria pentecostes ao. 1599 et sustentatus usque ad angariam Michaelis 1601 incl. — Jam Parochus est in Vernpach.
2. Joh. Marc. Rietmayr, quondam Parochus (obiit) et
3. Sigism. Cantzler, qui iam agit Parochum in Austria sub dictione Episcopatus Frisingensis, unacum supradicto (N. 1) suscepti et sustentati fuerunt ad tempus supranotatum.
4. Greg. Passeritz, susceptus angaria Michaelis ao. 1601 et sustentatus usque ad angariam Michaelis 1604 incl. Dedit se ordini Franciscanorum.
5. Ernestus Hebbich, Parochus in Höchstett, susceptus angaria Michaelis ao. 1601 et sustentatus usque ad angariam Michaelis 1609 incl.
6. Joan. Kern, Franciscanus, in Alumnum susceptus angaria Michaelis 1601, et sustentatus usque ad angariam Michaelis 1609 incl.
7. Bartholom. Peirl, Vicarius perpetuus in Humel, susceptus ao. 1606 angaria pentecostes et sustentatus usque ad praedictam angariam ao. 1608.
8. Vitus Spiegl, susceptus est in Alumnum ao. 1607, qui studia deseruit.
9. Alexander Erisinger, Cand. theol., Canonicus collegiatae ecclesiae s. Andreae montis frisingensis, p. tp.

*) Heckenstaller Frisingensia in fol., Tom. LXVIII., p. 255–259.

Serenissimi Ducis Alberti Sacellanus, nec non Landgraviorum in Leuchtenberg Praeceptor, susceptus in Alumnum angaria Michaelis ao. 1604 et sustentatus usque ad angariam pentecostes ao. 1614 incl.

10. David Fiernpfeil, qui studia deseruit propter defectum quendam, susceptus angaria Michaelis ao. 1606 et sustentatus fuit usque ad angariam Luciae ao. 1614 incl.
11. Marquard. Joann, ord. Capucinorum, susceptus in Alumnum ao. 1607 in angaria quadragesimae et sustentatus usque ad angariam Michaelis ao. 1612 incl.
12. Christoph. Theodorus, Can. eccl. colleg. ad D. Andreae montis frisingensis, ubi hoc tempore degit, susceptus ao. 1607 et sustentatus usque ad angariam ao. 1614 incl.
13. Georgius Lersch, ord. Capucinorum, susceptus in angaria Michaelis ao. 1612 et sustentatus usque ad angariam Michaelis ao. 1613 incl.
14. Mgr. Math. Holzinger, jam agens Cooperatorem, assumptus angaria pentecostes ao. 1614 et sustentatus usque ad angariam Luciae 1615 incl.
15. Mgr. Corbin. Abentheyer, Plebanus in Saurlach, susceptus angaria pentecostes ao. 1614 et sustentatus usque ad angariam Michaelis ao. 1615 incl.
16. Mgr. Georg. Renner, adhuc studiosus theologiae in Vniversitate Ingolstadii, susceptus angaria Luciae ao. 1615, sustentatus adhuc.
17. Joan. Prandmayr, adhuc studens in praedicta Academia, susceptus angaria Michaelis ao. 1615, alitur adhuc.
18. Georg. Kirmayr, studiosus in Gymnasio PP. soc. Jesu Monachii, susceptus angaria Michaelis ao. 1615, sustentatur adhuc.
19. Joan. Funckh, studiosus Monachensis, susceptus angaria in quadragesima ao. 1616, nutritur adhuc. — Simili modo
20. Wolfg. Stroeber, versatur Monachii in studiis et ad-

huc ibi degit, susceptus quatuor temporum in quadragesima ao. 1616. — Insuper

21. Joan. Widmann, dat operam literis Monaci apud Patres Soc. Jesu, susceptus in angaria quadragesimae ao. 1616.

22. Mgr. Georg. Zeidlmayr, studiosus Ingolstadiensis, susceptus quatuor temporum in quadragesima ao. 1616, adhuc sustentatur.

Ex cancellaria ecclesiastica.

q.

Literae Stephani Episcopi Frisingensis ad Summum Pontificem in negotio Schottleriano*).

3. Jul. 1616.

Beatissime in Christo Pater ac Domine Domine clementissime!

Post deuotissima et humillima beatissimorum pedum oscula. Sicut statim a suscepta et a Vestra Sanctitate clementissime confirmata functione Episcopali semper summis uiribus contendi et elaboraui, omnia pro ista conditione grauiter atque constanter gerenda, ut neque animi fortitudo, neque ulla integritas merito desiderari possit, ita uel potissimum cordi et curae mihi semper fuit ac nunc est et Deo optimo ter maximo dante posthac, quoad spiritum duxerim, erit, omnia ea, quae a laudatissimis meis antecessoribus pie ac bene et uel maxime ad bonum publicum bona intentione rite et legitime instituta atque ordinata sunt, sarta tecta custodire et obseruare, nec in contrarium quicquam facile admittere, ut eadem a quovis friuole aboleri machinentur et abrogari.

Cum itaque, Sanctissime Pater, Rev^mus et Seren^mus Ernestus, Dei et Apostolicae Sedis gratia Elector Coloniensis et olim meae mihi nunc concreditae ecclesiae ac Episcopatus Frisingensis meritissimus administrator et antecessor meus laudatissimus, Comes Palatinus Rheni, vtriusque Bauariae Dux &c., inclytae memoriae, ante multos annos, qua pro

*) Heckenstaller Frisingensia, Tom. LXVII. p. 173 — 181.

sua in Deum pietate ac religionis orthodoxae propagationis singulari studio, feruore et zelo, qua pro ea, quam in re a Sanctissima sede Apostolica sub Gregorio XIII. habuit et sufficienter munitus fuit, authoritate et speciali concessione seu indulto, uigore cujus uacantes et uacaturas praebendas seu Canonicatus cathedralis et aliarum collegiatarum ecclesiarum Frisingensium dignis conferre, uel alias de iis omnimode disponere potuit, quondam per obitum Sebastiani Franz, ss. theologiae Licentiati et Canonici Frisingensis, uacantem praebendam siue Canonicatum, requisitis modo et forma consuetis, et quidem vnanimi consensu capituli accedente, una cum duabus aliis praebendis seu Canonicatibus collegiatarum ecclesiarum ss. Andreae et Viti pro seminario quorundam et certorum alumnorum, qui absolutis humaniorum literis et iis studiis, quibus pro capessendis sacris ordinibus hujuscemodi alumni informari et erudiri solent ac debent, ut aliquando sua opera et industria in pastorali munere christianam et catholicam ecclesiam atque fidelem coetum catholicum pie juuare et propagare possint, destinauerit, eorundemque Canonicatuum annuos redditus ac fructus pro sufficienti sustentatione praedictorum plus minus decem alumnorum siue stipendiatorum certa amussi seu norma praescripta, cum aliunde propter aes alienum, quo adhuc Episcopatus summopere premitur, ex fructibus memorati Episcopatus, alias satis tenuibus, non potuerit hujusmodi seminario integre prospicere uel prouidere, dotauerit, et nonnihil annuatim et de mensa Episcopali addiderit. Quare cupiens, laudatissimi mei antecessoris uestigiis insistere, ac pios ejusdem conatus et zelosum ecclesiæque catholicæ multis modis fructiferum intentum pro uirili promouere, non possum non committere commemoratum praedicti mei antecessoris piissimum institutum contra uafre molientes et amittentes illud infringere, et ex bono publico causam uel utilitatem priuatam callide et pernitiose quaerere, ex asse defendere, ac partes mei antecessoris pro aris et focis tueri.

Quocirca cum non ita dudum quidam, nomine Georgius Schottler, theologiae Licentiatus, meae ciuitatis Frisingensis ciuis cujusdam filius, atque sic homo ligius, non ueritus fuit, saepedictum praedecessoris mei nunquam satis laudandum

institutum ratione praetacti seminarii siue vnionis, non habito ullo, tum mei, ut ipsius Ordinarii et Domini seu Principis originarii, tum omnium tam cathedralis, quam aliarum collegiatarum interessatarum ecclesiarum venerabilium capitulorum, nedum uel cum primis Reverendissimi et Serenissimi Electoris atquo antecessoris mei laudatissimi piae memoriae debito et condigno respectu, nescio qua perfricta fronte et temerario ausu infringere, et malo omnium exemplo pro se ac in priuatam suam utilitatem, postposito bono publico, per falsa narrata, nec attento, quod illi antea abunde satis pro Canonicatu ecclesiae collegiatae in oppido Isen unacum Parochia respective a me et meo venerabili et dilecto capitulo cathedrali prospectum et in hodiernum diem prouisum sit, id quod praedictus Schottler in suo supplici libello silentio studiose praeteriit, idemque uel ob hoc solum apud Vestram Sanctitatem sub- et obreptitie impetrare attentauerit non solum, sed et hunc in finem bullam Apostolicam extraxerit, proque ejusdem bullae executore inter reliquos Praepositum cathedralis meae ecclesiae, ceu hujus totius tragoediae auctorem, Anthonium Welserum, ss. theologiae Doctorem (qui tamen antehac et quidem statim in initio erecti hujus seminarii et vnionis suo proprio uoto hoc piissimum mei antecessoris institutum summopere laudauit, commendauit et suo consensu approbauit) obtinuerit, prout idem Praepositus modo et quidem solus, cóntra primam suam sententiam, uotum et consensum, non sine leui suspicione sinistri sui in totum capitulum animi, aut passionatae, ut ita loquar, affectionis, realiter exequi praesumpserit, omnes autem ejuscemodi bullæ tamen de jure ita intelligendae et interpretandae sunt, ut tum demum executionem et effectum aliquem mereantur, si preces ueritate nituntur, quam mihi liquido uicissim constat, Vestram Sanctitatem non aliter hujusmodi bullas aut gratias solitam esse elargiri, ac si narrata supplicantis ita in rei ueritate sese habeant, nec alteri prius jus quaesitum sit, aut praejudicium generetur uel mihi et venerabili capitulo communiter uel diuisim aliud a Vestra Sanctitate sit indultum, sicuti ejusmodi et pluribus aliis salutaribus clausulis sæpedicta bulla expresse referta est. Superiusque Sanctitas Vestra apprime intelle-

xit, commemoratam praebendam seu Canonicatum nunquam a morte praedicti Sebastiani Franzen uacasse, consequenter neque ad sedem Apostolicam unquam deuolutum fuisse, sed illud statim a laudatissimo meo antecessore ad praefatum seminarium debito modo, forma et authoritate, qua a sede Apostolica munitus fuerat, destinatum, unitum, atque sic aliis, hoc est seminario, jus modo quaesitum fuisse, ac consecutiue exinde, si ita bulla Apostolica efficaciter exequeretur, magnum praejudicium tum mihi tum capitulo meo venerabili generaretur, ac, quod omnium maxime dolendum esset, totum seminarium uel facta unio funditus destrueretur, atque sic pientissimi mei antecessoris laudabile et piissimum institutum quasi in fumum, non sine magno catholicae propagandae religionis detrimento, cum modo in hunc usque diem multi et egregii fructus exinde provenerunt, nec minores sperandi sint, redigeretur, tacitus et silentio praetereundo, recepti et antiquissimi moris et consuetudinis hujus Episcopatus esse, ut nullus ex plebeis et ciuibus oriundus in numerum Canonicorum cathedralis ecclesiae adsciscatur.

Ea propter, ne bonum publicum bono priuato postponatur, sed jure praeferatur, fallaxque precator merito impetratis careat, denique pie institutum et ad propagandam catholicam religionem a multis retroactis coeptum seminarium immotum suis uiribus persistat et ejuscemodi vnio continuetur atque ad majorem Dei gloriam successu temporis augeatur, hisce Vestram Sanctitatem quam humillime et qua par est animi submissione rogatam et obtestatam uolo, ut ex supra memoratis praegnantibus causis saepe allegatam bullam, ceu sub- et obreptitie et per mala narrata extractam, deinceps annullare, cassare atque irritam facere, denique saepius repetitam vnionem siue seminarium, quod ab omnibus pleno ore laudatur, rursus secundum insertam hanc amussim sive normam clementissime confirmare dignetur; hoc quod eo facilius me impetraturum confido, quo certo mihi persuadeo, Sanctitatem Vestram bonum publicum semper potius respicere, quam priuatum alicujus commodum attendere, maxime cum Serenissimus et pientissimus Comes Palatinus Rheni, vtriusque Bavariae Dux, Maximilianus, Do-

minus meus Clementissimus, etiam hoc nomine tum ad meam humillimam instantiam, tum ad conseruandam praefati Serenissimi sui dilectissimi Patrici Domini Electoris Ernesti inclytae memoriae, ceu authoris hujus seminarii uel vnionis, authoritatem literas intercessionales seu commendatitias ad Vestram Sanctitatem direxerit, quas non ignoro, apud eandem plurimum semper ponderis et olim ac etiamnum prae se ferre. Pro qua ita a Vestra Sanctitate adepta et benignissime concessa summa et clementissima gratia nulla unquam temporis parte meis erga Deum optimum maximum assiduis precibus pro incolumnitate et salute prosperrima ad Nestoreos annos usque pie ad deuote semper orare desinam aut obliuiscar. Quibus me meamque mihi commissam ecclesiam inter debita sacratissimorum pedum oscula pro more quam humillime commendo.

Frisingae V. Nonas Julii, anno reparatae salutis 1616.

r.

Stephanus, Dei gratia Episcopus Frisingensis,
ad Joan. Bapt. Criuelli, Ducis Bavariae in urbe residentem*).
1. Nov. 1616.

Perpetuam a Deo Optimo Maximo prosperitatem.

Perillustris vir ac Domine, in Christo nobis syncere dilecte!

Vt tandem Vestram Dominationem in causa Schottleriana plenius ad ipsius literas primo Octobris ad nos datas informemus, Eidemque cum caeteris omnibus, quorum haec scire interest, omnem scrupulum ex animo euellamus et eruamus, ac quorundam inania praesupposita vere diluamus atque refellamus, latere Vestram Dominationem nolumus, falsissimum nempe esse, seminarium a praedecessore nostro laudatissimo pie erectum nunquam effectum suum, etiam in hodiernam lucem, sortitum fuisse, cum tamen quiuis vel ex hac sola adjecta tabula seu designatione**) fide dignissima, licet non omnium, tamen multorum (quoad longissime retro memoria nostra respicere potest) alumnorum, qui ex

*) Heckenstaller Frisingensia in fol., Tom. LXVIII. p. 247-253.
**) Beylage lit. p.

hoc seminario, veluti equo Trojano, progressi sunt, intelliget, quinam et quot ex saepedicti seminarii sumptibus aliti fuere, hoc quod aliud testimonium desiderare non putamus, cum magna pars eorum alumnorum adhuc sint in viuis, atque illud viua voce testificantur, et si necesse est, scripto testitimonio facile probabunt, nec abnuunt hoc defunctorum alumnorum exstantes adhuc cognati agnatique. Disserant aut praesupponant nunc quidam, qui nobis non satis cognitum habere hujus seminarii statum videntur, quicquid velint vel in buccam venit; in frigidum namque furnum, vt prouerbium habet, panes indubie immittent, et laterem lauabunt.

Equidem multis retroactis abhinc annis Sanctissimum Dominum nostrum PP. Pium V. anno Natiuitatis Christi M.D.LXVII., Pontificatus vero anno secundo, nostræ ecclesiæ cathedrali Frisingensi erectionem hujusmodi seminarii juxta praescriptum modum a concilio Tridentino seuere injunxisse, manifeste patet ex vidimata copia breuis Apostolici, ad nostram collegiatam ecclesiam s. Andreae directi*), certo exinde nobis persuadentes, etiam similem ad nostram cathedralem ecclesiam vel antecessorem nostrum ejusdem tenoris ab Eodem Sanctissimo Domino Nostro bullam siue breue Apostolicum peruenisse, cum praefatus noster Serenissimus praedecessor post eo vsque hoc seminarium semper apud venerabile et dilectum capitulum nostrum instanter vrserit, donec certa quædam amussis ejusdem seminarii**) a prædicto nostro capitulo tum temporis vnanimiter inita, erecta ac demum rite effectui demandata fuerit, omnia vigore protocolli capitularis de anno 1598***), ex quo perspicue elicitur, modernum Praepositum D. Antonium Welserum, ceu Apostolicae bullae affectatum executorem, etiam tum temporis vel primum voto suo hanc in rem vel erectionem seminarii praecipuum authorem fuisse, qui modo, non attento vel potius neglecto suo semel dato voto, aliud nunc, nescimus ob quam priuatam et sinistram erga nos et capitulum nostrum affectionem, parum constanti animo ac plane oblitus deco-

*) Beylage lit. c.
**) Beylage lit. m.
***) Beylage lit. l.

ris sui, sub praetextu et nomine atque schemate praedicti Schottleri, tanquam creaturae ipsius, molitur. Et licet hujusmodi breue Apostolicum, ad nostrum antecessorem vel ecclesiam nostram cathedralem directum, amplius non extet vel reperiatur, sed forte casu amotum vel amissum fuerit, tamen iste defectus procul dubio in Dataria vel registratura in Vrbe reficietur et supplebitur, cum de die et anno constet, prout hisce Vestram Dominationem obnixe rogamus, quatenus non grauetur, Illustmum et Revmum D. Datarium nostro nomine etiam atque etiam obtestari, vt ejuscemodi bullam ceu breue apostolicum in praedicta Dataria sive registratura per suos perquirere sinat. Interea tamen temporis saepe memoratum seminarium floruisse et vividum et natiuum suum effectum sortitum fuisse, passim et notorie in comperto est, vt et supra allegata tabula seu designatio alumnorum aperte demonstrat. Illud vltimo quidem inficias ire nequimus, extincti Canonicatus ecclesiae cathedralis annuos redditus seu fructus antehac in vsum alumnorum non fuisse collocatos, verum hoc ideo euenisse, quod cum praefatus noster laudatissimus antecessor nunquam hic Frisingae continue personaliter resideret, sed ut plurimum Coloniae ac alibi locorum in variis suis hinc longe distantibus Episcopatibus proinde versaretur, multumque, vt pulsquam in vulgus constat, in Romano imperio circa arduas imperii Romani causas et negocia adeo semper distentus et occupatus esset, vt vix recte se ratione hujus seminarii erigendi erga venerabile et dilectum nostrum capitulum declarare atque explicare potuerit, nihilominus tamen Canonicatum morte cujusdam Canonici Sebastiani Franzen, ss. theologiae Licentiati, vacantem, vnacum aliis duabus praebendis in ecclesiis collegiatis ss. Andreae et Viti, vigore supradicti breuis Apostolici atque concilii Tridentini extinxerit, atque ad erigendum hoc seminarium destinauerit, modum autem et limites praescriptae amussis nonnihil transilierit, atque hinc inter praefatum nostrum antecessorem et capitulum cathedrale differentia quaedam exortae fuerit. Interim donec certa amussis*) inter nos et nostrum venerabile

*) Beylage lit. n.

et dilectum capitulum instituereturr, vigore capitulationum nouiter ante nostram electionem Episcopalem jurato erectarum et ab ipsomet contrario nostro Welsero dictatarum, saepedictum venerabile et dilectum nostrum capitulum extinctam hanc praebendam siue Canonicatum ecclesiae cathedralis duntaxat, ad instar aliarum extinctarum vel ob defectum personalis residentiae Canonicorum atque sic quoad fructus vacantium præbendarum, collegialiter vsque hoc, quo certa et recta amussis et norma erecti seminarii a nobis constituta fuit (prout Sanctissimo Domino Nostro Summo Pontifici eandem in hunc finem pro confirmatione antehac humillime transmisimus) vsurparint, et fructus ac redditus inuicem distribuerint. Et hoc quidem juxta longissime vsitatum morem et consuetudinem quarundam ecclesiarum cathedralium Germaniae, qua ejusmodi extinctae vel quoad fructus vacantes praebendae, vsque ad personalem ac legitimam Canonicorum residentiam, aut donec alias hujusmodi praebendae ad suum destinatum vsum rite et efficaciter perficiuntur, semper collegialiter inter Canonicos destribuuntur, quemadmodum ejus rei ac communis factae distributionis saepedicti Canonicatus fructuum tam modernus Praepositus Antonius Welserus, quam ejusdem antecessor Alexander secundus Fugger praecipui authores, quorum potissimum persuasu et impulsu haec omnia ita peracta fuere, vt mirum supra modum nunc sit, modernum Praepositum ita sibi contrarium esse, ac proprium factum assumpto alio nomine Schottleriano adeo impudenter impugnare posse.

Ex quibus notorie patet, eam semper mentem ac voluntatem venerabilis et dilecti nostri capituli et antehac fuisse et etiamnum esse, extinctae hujus praebendae vel Canonicatus fructus in vsum saepedicti seminarii velle re perfecta accomodare, sicuti de facto et effectualiter modo, hoc adhuc currente anno, praestitit, nec non et nos de nostra tabula siue mensa centum coronatos ad hoc realiter annuatim numeramus.

Frisingae in nostra solita residentia Cal. Nouemb. anno Christi M.D.CXVI.

8.

Stephanus, Episcopus Frisingensis informat de novo Illustrissimum ac Reverendissimum D. Datarium Rotae Romanae circa erectionem seminarii hujatis ab Ernesto, Electore Coloniensi et Administratore Frisingensi, factam, eundemque in finem applicatos tres Canonicatus seu praebendas, probatque simul, quod bulla Apostolica, vi cujus D. Georgius Schottlerus ad Canonicatum ecclesiae cathedralis hujatis præsentatus est, sit sub- et obreptitie obtenta petitque finaliter, ut de novo commemoratorum Canonicatuum unio ad seminarium destinatorum secundum transmissam antehac formam clementissime confirmetur et saepedicti Canonicatus ad hoc seminarium perpetuo destinentur*).

28. Februarii 1617.

Perillustris ac Reverendissime Domine Datarie!

Rei necessitas sane expostulat, ut Vestrae Perillustri et Reverendissimae Dominationi negotium, quod nobis cum Georgio Schottlero apud Sedem Apostolicam est ratione alicujus praetensi vel adepti Canonicatus cathedralis nostrae ecclesiae, paulo altius explicemus, Eandemque nonnihil, et quoad fieri potest, compendiose (ne Vestram Perillustrem ac Reverendissimam Dominationem a gravioribus negotiis, quibus quotidie detinetur, abstrahamus aut avellamus) informemus, non ignari, eandem hac in causa tam apud Suam Sanctitatem, quam apud Reverendissimum et Illustrissimum collegium Cardinalium plurimum pro ea, qua pollet apud omnes, authoritate posse praestare.

Novit itaque vel intellexit haud dubie Vestra Perillustris ac Reuerendissima Dominatio, quod ad Beatissimum modernum Sanctissimum Dominum Nostrum Summum Pontificem Paulum V., Dominum nostrum Clementissimum, ea de re perscripserimus, quasve informationes hac eadem in causa Schottleriana perillustri viro ac Domino nobis in Christo syncere dilecto Joanni Baptistae Grivellio, Serenissimi Ducis Boioariae in Urbe Residenti ac ejusdem Urbis Conservatori dignissimo, ad sollicitandum transmiserimus, ex quibus vel solum Ea Vestra Perillustris ac Rev^ma Dominatio perspicue cognoscere potuit, quo in statu tota haec causa controversa consistat. Verumtamen cum non ignoremus, Vestram Per-

*) Heckenstaller Frisingensia in fol., Tom. LXVII. pag. 425–434.

illustrem et Rev^mam Dominationem in dies multis gravioribus et magis arduis negotiis occupari, placuit nobis saltem compendiaria via totius causae cardinem melioris informationis gratia ad Eandem perscribere, sperantes, Vestram Perillustrem ac Rev^mam Dominationem tantulum temporis nobis tributuram, ut hanc nostram informationem perlegere non aspernetur.

Ac omnium quidem primo Vestram Perillustr. et Rev^mam Dominationem rescire volumus, Reverendissimum et Serenissimum Ernestum, Dei et Apostolicae Sedis gratia Electorem Coloniensem, ac Episcopatus nostri frisingensis Administratorem meritissimum et antecessorem nostrum laudatissimum, Comitem Palatinum Rheni, utriusque Bavariae Ducem &c., inclytae memoriae, ante aliquot annos tam pro sua in Deum pietate ac religionis orthodoxae propagationis singulari studio, fervore et zelo, quam ex praescripto decreti concilii Tridentini, casuque demum ex speciali a Sanctissimo Domino Domino Pio PP. V. die IX. Februarii anno Christi M.D.LXVII. ad capitulum et Canonicos ecclesiae collegiatae s. Andreae Frisingensis directa ac transmissa bulla seu brevi Apostolico (quod se etiam ad nostram cathedralem ecclesiam refert, cujusque copiam vidimatam supra memoratus Grivellius ad manus habet, et procul dubio etiam tum hujus collegiatae, tum imprimis nostrae cathedralis ecclesiae exemplar aliquod in Dataria reperietur), seminarium clericorum erexisse, ad eundemque finem tres praebendas seu Canonicatus, unum in cathedrali, ad obitum quondam Sebastiani Franzen, ss. theologiae Licentiati et Canonici Frisingae, vacantem, reliquos duos in collegiatis ecclesiis ss. Andreae et Viti ibidem Frisingae extinxisse, ac fructus eorundem, quantum ad alendos aliquot stipendiarios sive alumnos sufficientes putabat, maxime de duabus praebendis dictarum ecclesiarum collegiatarum una cum annua quadam additione de tabula Episcopali hujusmodi seminario applicasse, ex quo ita efficaciter erecto seminario inde multi egregii viri in magnum catholicae christianae reipublicae ac ecclesiæ orthodoxæ commodum et incrementum partim jam provenerunt, partim vero adhuc sperantur provenire.

Et licet quidem secundo extincti Canonicatus ecclesiae cathedralis annui redditus seu fructus antehac in usum alumnorum non fuerint collocati, illud tamen ideo et non aliter evenit, quod, cum quaedam differentia inter commemoratum nostrum antecessorem et capitulum cathedrale circa amussim, cujus limites praedictus noster antecessor non nihil transilierat, exorta fuerit, interim, donec certa amussis inter nos et nostrum venerabile et dilectum capitulum institueretur, ac Sanctissimo Domino Nostro Summo Pontifici pro confirmatione transmitteretur ad Urbem, sicuti antehac modo factum est, sæpedictum capitulum cathedralis ecclesiæ extinctam hanc praebendam sive Canonicatum dumtaxat ad instar aliarum extinctarum vel ob defectum personalis residentiae Canonicorum, atque sic quoad fructus vacantium praebendarum collegialiter usque huc, quo certa et recta amussis et norma erecti seminarii a nobis constituta fuit, ad communem cassam recepit ac invicem distribuit. Et hoc quidem juxta longissime usitatum morem et consuetudinem quarumdam ecclesiarum cathedralium Germaniae, qua ejusmodi extinctae, vel quoad fructus vacantes praebendae usque ad personalem ac legitimam Canonicorum residentiam, aut donec aliter hujusmodi praebendae ad suum destinatum usum rite et efficaciter perficiuntur, semper collegialiter inter Canonicos distribuuntur, quemadmodum ejus rei ac communis factae distributionis saepedicti Canonicatus fructuum tam modernus Praepositus Antonius Welserus, quam ejusdem antecessor, Alexander Secundus Fugger, praecipui authores, quorum potissimum persuasu et impulsu haec omnia ita peracta fuere, ut mirum supra modum sit, modernum Praepositum ita sibi contrarium ac proprium factum in solam gratiam et privatum commodum suae creaturae Georgii Schottleri, seposito bono publico, adeo impugnare posse, ex quibus notorie patet, eam semper mentem ac voluntatem venerabilis ac dilecti nostri capituli et antehac fuisse et etiamnum esse, extinctae hujus praebendae vel Canonicatus fructus in usum saepedicti seminarii velle rè perfecta conferre et accomodare, sicuti de facto et effectualiter modo hoc adhuc currente anno praestitit, nec non et nos hactenus de nostra tabula seu mensa centum coronas ad hoc

realiter annuatim numeravimus, atque sic praefatum seminarium interea temporis semper floruisse et vividum ac nativum suum effectum sortitum fuisse.

Verum tertio supramemoratis omnibus a Schottlero, theologiae Licentiato, Canonico in oppido Isen et Parocho in Reuenkirchen, alias nostrae civitatis Frisingensis civis vel cauponis cujusdam filio, atque sic homine ligio, parum recte pensatis ac consideratis, is veritus non fuit, piissimum hoc antecessoris et nostrum institutum ratione seminarii, nullo attento debito respectu, temerario ausu infringere et malo omnium exemplo per se ac in privatam suam utilitatem, postposito bono publico, extinctum Canonicatum apud Sanctissimum Dominum nostrum Summum Pontificem sub- et obreptitie impetrare, eumque in finem bullam Apostolicam extrahere, quae sub- et obreptitie vel ex hoc unico argumento satis liquido constat et evincitur, nec alio opus est, quod nempe in suo supplici libello, Sanctissimo Domino nostro Summo Pontifici humillime porrecto, tacitus silentioque studiose et vafre praeterierit, illi antea abunde satis pro Canonicatu ecclesiae collegiatae in Isen unacum aliqua Parochia in Reuenkirchen a nobis et nostro venerabili et dilecto capitulo cathedrali prospectum esse, cum tamen omne beneficium possessum, quantumvis minimum, in impetratione exprimendum sit, aliter improbetur, nec vires obtineat impetratio non expressa hac qualitate, etiamsi motu proprio Summus Pontifex concederet, juxta c. ad aures, c. cum adeo, c. postulasti et c. penultimo de rescriptis cum similibus, quibus juribus se regulas cancellariae Apostolicæ conformare arbitramur, nedum passim in Germania apud ecclesias cathedrales notorissimam consuetudinem maxime hic Frisingae inolevisse, atque eandem consuetudinem Augustae Vindelicorum, Ratisbonæ, Passaviæ et alibi locorum moribus receptam esse, ut nullus ex plebeis vel civibus ejusdem civitatis, ubi cathedralis ecclesia est, oriundus in numerum Canonicorum ejusdem ecclesiae cathedralis adsciscatur, prout ante annos quinquaginta vel circiter quidam nomine Josephus Gerolspeckh, jur. utr. Doctor, hic Canonicatum ambiens, repulsam hac unica de causa, quod civis cujusdam Frisingae filius esset, passus fuit, ex plebeis

vel civibus porro cauponibus (et sic Schottlerus) oriundos postmodum in Canonicos cathedralis ecclesiae receptos filios multas turbas inter capitulum et cives excitasse, aliaque multa inconvenientia patrasse, taceamus, arcana et secreta capituli quibusvis etiam infimae sortis ex civibus propalasse.

Cum itaque supradicta impetratio bullae vel ex hac unica causa suppressionis *(sic!)* Beneficiorum, Canonicatus scilicet et Parochiae, denique aliis pluribus rerum argumentis, antea a nobis ad saepenominatum Dominum Grivellium perscriptis ac transmissis, fide dignis documentis atque protocollis (quae apud nos et passim per totam Germaniam in omnibus curiis, consistoriis atque capitulis non minorem authoritatem merito merentur, quam ipsa originalia, vel super rebus actis vel transactis confecta instrumenta), quæ adhuc in promptu habet, ad quem nos brevitatis gratia referimus, nulla ac prorsus invalida est, atque exinde nunc apud Suam Sanctitatem, Pontificem Maximum, D^m. D^m. nostrum Clementissimum, libere atque in sinu quasi ejusdem stet, male impetratum ab eadem Sua Sanctitate per Schottlerum Canonicatum, posito, unionem istius Canonicatus a nostro laudatissimo praedecessore ad erectum seminarium destinati ob defectum forte specialis desuper requisitae bullae Apostolicae, aut alterius omissae solennitatis viribus suis non subsistere (quod tamen non putamus), cuivis alteri imploranti clementissime conferre. Quapropter praefatam Suam Sanctitatem mediante per Illustr. et Rev^mam Vestram Dominationem hisce humillime obtestatam volumus, ut pro ea, quam in omnibus ss. *(sua sanctitas?)* habet, plenissima et absolutissima potestate saltem de novo prae caeteris omnibus commemoratorum unionem Canonicatuum ad hoc seminarium destinatorum secundum transmissam antehac amussim sive normam clementissime dignetur confirmare, atque saepedictos Canonicatus ad hoc seminarium perpetuo conferri ac destinari concedere. Id quod nos ope et opera Perillustris Vestrae Dominationis (cui totum hoc negotium summopere commendamus) facile apud Suam Sanctitatem impetraturos et consecuturos, ut non ambigimus, ita, si quid ulterius a nobis desiderat, quod conferre aliquid posse credat ad victoriam causae, nec saepedictus D. Grivellius antea a nobis

ad manus habebit, libenti animo, quidquid postulaverit, concedemus. Interea, quid optimum factu sit, pro Sua sapientia et sagacitate Perillustris Vestra Dominatio statuet, quam optamus valentem et incolumem esse, Eandemque Deus Optimus Maximus servet.

Frisingae in solita nostra Residentia, pridie Calend. Martii, Anno a partu Virgineo M.D.CXVII.

Perillustr. et Rev^mae Dominationi
paratissimus
Stephanus Episcopus frisingensis.

t.

Bulla Pauli PP. V. extinctionis Canonicatus Scotleriani in Ecclesia Frisingensi eiusdemque applicationis pro Seminario*).
9. Aug. 1617.

Paulus Episcopus Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam. Exposcit debitum Pastoralis officii, cui disponente Domino presidemus, vt circa statum Seminariorum aliorumque piorum locorum quorumlibet prospere dirigendum solicitis studiis intendentes ea, que pro erectione erundem Seminariorum ac manutentione personarum literarum studiis in eis insistentium et Alumnorum in illis pro tempore degentium cura et regimine facta fuisse dicuntur, de nouo concedamus et alias desuper disponamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sane pro parte venerabilis fratris nostri Stephani, Episcopi Frisingensis, et dilectorum filiorum Capituli Frisingensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, licet ex dispositione sacri Concilii Tridentini singule Cathedrales Ecclesie certum puerorum et Adolescentium numerum pro modo facultatum et magnitudine Dioecesis in Collegio tanquam Seminario, ad id prope ipsas Ecclesias vel alio conuenienti loco ab Episcopo erigendo, alere et Religiose educare ac Eccle-

*) Diese Päpstliche Bulle, durch welche die Streitsache zu Gunsten des Bischofs entschieden und die mit dem Franzischen Domcanonicate getroffene Maaßregel genehmiget wurde, kam noch i. J. 1617 zur Ausfertigung und langte am 16. Dec. d. Js. in Freysing an; sie befindet sich im Orig. im k. Reicharchiv zu München. D.

siasticis disciplinis instruere deberent, cum tamen pro Collegio seu Seminario huiusmodi in Ciuitate vel Dioecesi Frisingensi erigendo aliqua congrua portio ex Episcopalis et Capitularis mensarum Ecclesie Frisingensis predicte fructibus, redditibus et prouentibus, alioquin satis tenuibus et ere alieno grauatis, detrahi neque simplicia beneficia Ecclesiastica Ciuitatis et Dioecesis hujusmodi sine earum Cleri preiudicio et diuini cultis detrimento ac multorum incommodo et querelis vniri et incorporari minime possent, felicis recordationis Pius PP. V. predecessor noster, prouide considerans, Seminaria huiusmodi in partibus Germanie propter bonorum et idoneorum Sacerdotum penuriam admodum vtilia et potius necessaria esse, Capitulo et Canonicis maioris Ecclesie Frisingensis per suas in forma breuis literas dedit in mandatis, quatenus vnum et vnam ex Canonicatibus et prebendis ipsius maioris Ecclesie tunc vacantes seu quandocunque vacaturos auctoritate apostolica supprimerent, illorumque fructus, redditus et prouentus institutioni Seminarii huiusmodi attribuerent et applicarent, prout in literis predictis plenius dicitur contineri. Postmodum uero bone memorie Ernestus, olim Archiepiscopus Coloniensis et sacri Romani Imperii Princeps Elector dicteque maioris Ecclesie Frisingensis ex concessione et dispensatione apostolica Presul, tunc in humanis agens, ad quem Canonicatuum et prebendarum eiusdem maioris Ecclesie extra Romanam Curiam in quibuscunque mensibus pro tempore vacantium collatio, prouisio et queuis alia dispositio ex indulto apostolico sibi desuper concesso pertinebat, pro Pastoralis officii sui debito et Catholice Religionis propagande zelo et feruore opus erectionis Seminarii huiusmodi, nonnullorum Canonicorum dicte maioris Ecclesie incuria vel cunctatione nequaquam debite exequutioni hactenus demandatum, aggrediens, Canonicatum et prebendam dicte maioris Ecclesie, tunc per obitum quondam Sebastiani Frantz, eiusdem maioris Ecclesie dum viueret Canonici, extra dictam Curiam defuncti tunc vacantes, tam sua ordinaria auctoritate, quam Indulti et forsan literarum huiusmodi vigore de Capituli predictorum *(cum capituli prædicti?)* consensu perpetuo suppressit et extinxit, ac illorum fructus pro dicti Seminarii erectione et manu-

tentione applicauit et appropriauit, fructuum, redituum et prouentuum huiusmodi perceptione pro dicto Seminario et illius nomine subsecuta. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, a nonnullis asseratur, de suppressionis, extinctionis, applicationis et appropriationis predictorum ac inde sequutorum quoruncunque viribus hesitetur ipsique Canonicatus et prebenda adhuc, vt prefertur vel alias, certo modo vacare censeantur, ac dilectus filius Georgius Scotler, Clericus Frisingensis, qui alias de iisdem Canonicatu et prebenda sub pretextu, quod per obitum huiusmodi tunc vacabant et tanto tempore uacauerant, quod eorum collatio erat ad sedem apostolicam deuoluta, sibi, nulla de suppressione, extinctione et aliis premissis facta mentione, apostolica auctoritate prouideri obtinuit, prouisioni huiusmodi ac omni et cuicunque juri sibi in Canonicatu et prebenda predictis vel ad illos quomodolibet competenti seu per eum pretenso extra dictam Curiam coram Notario publico et testibus fide dignis sponte et libere cesserit, pro parte Stephani Episcopi et Capituli predictorum asserentium, de cessione predicta per publicum Instrumentum legitime constare, ac fructus, redditus et prouentus dictorum Canonicatus et prebende viginti quatuor, computatis vero distributionibus quotidianis, ducentorum Ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus prospero et felici successui atque progressui dicti Seminarii consulere ac alias in premissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur cessionem predictam admittentes, Ipsosque Stephanum Episcopum et singulares personas capituli huiusmodi a quibusuis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et penis, a Jure uel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes et absolutos fore censentes, nec non dictarum literarum per dictum Ernestum Archiepiscopum vt prefertur et aliarum, si que sint, suppressionum, extinctionum, vnionum, annexionum, applicationum et appropriationum pro erectione Seminarii huiusmodi factarum et inde sequutorum quorumcunque tenores presentibus pro

expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati Canonicatum et prebendam predictos, siue vt premittitur siue alias quouis modo, quem, etiamsi ex illo queuis generalis reseruatio etiam in corpore Juris clauso resultet, presentibus haberi volumus pro expresso, aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem Sebastiani aut Georgii praefatorum vel quorumvis aliorum, de illis extra dictam Curiam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacent, etiamsi tanto tempore vacauerint, quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad sedem prefatam legitime deuoluta ipsique Canonicatus et prebenda dispositioni apostolice specialiter reseruati existant, et super eis inter aliquos lis, cuius statum etiam presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datorum presentium non sit in eis alicui specialiter jus quesitum, cum illi forsan annexis et plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus et pertinentiis suis dicta apostolica auctoritate earundem tenore presentium de nouo supprimimus et extinguimus, illorumque sic suppressorum et extinctorum fructus, redditus et prouentus, iura, obuentiones, distributiones etiam quotidianas et quecunque alia emolumenta, quomodolibet nuncupata et in quibusuis rebus consistentia, preterquam presentibus et diuinis officiis ac horis Canonicis tam diurnis quam nocturnis ac processionibus interessentibus duntaxat dari et per eos lucrari solita, Collegio aut Seminario huiusmodi pro sua dote seu eius augmento ac pro Alumnorum in eo pro tempore degentium sustentatione et manutentione onerumque etiam pro tempore incumbentium supportatione dicta auctoritate apostolica etiam perpetuo applicamus et appropriamus. Ita quod liceat eiusdem Seminarii*) seu Administratoribus pro tempore existentibus, corporalem, realem et actualem possessionem fructuum, reddituum, prouentuum, iurium, obuentionum, distributionum et emolumentorum huiusmodi, illis duntaxat exceptis, que presentibus et interessentibus supradictis dari consueuerunt, per se vel per alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere et

*) Hier scheint das Wort „Rectori“ zu fehlen.

perpetuo retinere, illaque omnia in suos dictique Collegii seu Seminarii et illius Alumnorum vsus et vtilitatem conuertere, Dioecesani loci vel cuiusuis alterius licentia desuper minime requisita. Decernentes, easdem presentes literas nullo unquam tempore sub quibusuis similium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a nobis aut aliis Romanis Pontificibus aut dicta Sede emanandis, comprehendi, sed semper ab illis exceptas et quoties ille emanabunt, toties in pristinum et validissimum ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas ac de nouo sub quacunque etiam*) posteriori datur per Rectorem et Administratores ac Alumnos praefatos quandocunque eligenda de nouo concessas, sed semper validas ac efficaces fore et esse, suosque plenarios et integros effectus sortiri, nec non Seminario illiusque Rectori et Administratoribus ac Alumnis praefatis suffragari, sicque per quoscunque Judices ordinarios uel delegatos, quauis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii apostolici Auditores ac sancte Romane Ecclesie Cardinales, etiam de latere Legatos dicteque sedis Nuncios, iudicari et diffiniri debere, irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis filiis Decano et Scholastico Ecclesie Frisingensis ac Officiali Frisingensi per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios presentes literas et in eis contenta quomodocunque, vbi et quando opus fuerit, aut quoties pro parte Rectoris vel Administratorum seu Alumnorum huiusmodi super premissis fuerint requisiti, publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem presentes et in eis contenta huiusmodi per eos, ad quos spectat et in futurum spectabit, integre et inuiolabiliter obseruari, Ipsosque Rectorem et Administratores ac Alumnos illis pacifice et quiete vti, frui et gaudere. Non permittentes, eos desuper contra earundem

*) Die nachfolgenden zwey Zeilen geben, vermuthlich wegen eines Schreibverſtoſſes in der Bulle, keinen klaren Sinn.

presentium tenorem quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet et rebelles ac premissis non parentes per censuras et penas Ecclesiasticas ac alia opportuna juris et facti remedia appellatione postposita compescendo ac censuras et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus premissis et quatenus opus sit nostra de vnionibus committendis ad partes, vocatis interesse habentibus ac exprimendo vero annuo valore secundum extimationem predictam tam beneficii vniendi quam illius, cui vnio fieret, nec non Lateranensis Concilii nouissime celebrati, vniones perpetuas nisi in casibus a Jure permissis fieri prohibentis, ac pie memorie Bonifacii PP. VIII. etiam predecessoris nostri aliisque apostolicis ac in synodalibus, Prouincialibus, etiam Vniuersalibus Conciliis specialibus vel generalibus editis et edendis constitutionibus et ordinationibus, nec non dicte maioris Ecclesie, juramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, eidem maiori Ecclesie illiusque Presuli et Capitulo pro tempore existentibus ac aliis personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis decretis in genere uel in specie ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis et innouatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficiente derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu queuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse harum serie derogamus, contrariis quibuscunque aut si aliqui apostolica prefata vel alia quauis auctoritate in dicta maiori Ecclesia in Canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super prouisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et prebendis dicte maioris Ecclesie speciales uel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dicte Sedis aut Legatorum eius literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reser-

uationem et decretum uel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas et processus habitos per easdem ac inde sequuta quecunque ad Canonicatum et prebendam prefatos volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatuum et prebendarum ac aliorum beneficiorum preiudicium generari, et quibuslibet aliis priuilegiis, indultis et literis apostolicis generalibus uel specialibus, quoruncunque tenorum existant, per que presentibus non expressa uel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet uel differi, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum absolutionis, suppressionis, extinctionis, applicationis, appropriationis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo Sexcentesimo decimo septimo, quinto Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno Tertio decimo*).

Pro Illmo et R^mo D. Card^le Montalto
Sum^rae (?) A. Damascenus.

J. Bulgarinus de Vrsinis.
Visa N. Vrsinus.

---

*) Auf dieſe Bulle bezieht ſich der zweyte Punkt der von dem Biſchofe Veit Adam i. J. 1618 unterzeichneten Wahlcapitulation, welcher dahin lautet:

„Zum Andern ſoll das Seminarium nach Inhalt der Päpſtlichen Bulle, ſo Romae apud s. Mariam maiorem ao. 1617 V. Id. Aug. datirt iſt, auch welcher Geſtalt und Maſſen es zwiſchen weiland dem Hochwürdigſten Fürſten und Herrn Herrn Stephano, geweſten Biſchoue zu Freyſing, Hochſeligſter Gedächtnuß, ſodann einem ehrwürdigen Thombcapitul bereits vor dieſem accordirt und mit geſambter Hand ainhelliglich geordnet worden, dabey verbleiben, auch aller Mißbrauch verhütet und abgeſtellt und vom künftigen Biſchoue neben einem ehrwürdigen Thombcapitel ordentlicher Weiſe aufgericht werden".

u.

II. Quicunque ad hoc seminarium admitti desiderant, sequentes qualitates habere debent: 1. ut sint Catholici, 2. legitime nati, 3. a servitute liberi, 4. ut annum saltem decimum nonum attigerint, 5. ut logicam per annum saltem audiverint, 6. ut ingenio ad altiores scientias addiscendas idoneo sint praediti, 7. ut honestae famae morumque bonorum testimonium habeant, 8. ut indole mansueta, tractabili et ad disciplinam communem servandam idonea sint a natura instructi; absque his enim finis seminarii obtineri neutiquam poterit.

III. Quam primum aliquis in seminarium receptus fuerit, ante omnia illi hae constitutiones legendae et ponderandae offerantur; postea vero vestiatur decenti habitu clericali, cui ad distinctionem aliorum clericorum crux alba ad pectus praefixa sit: atque opportuno tempore, saltem intra spatium trium mensium et peractis prius exercitiis spiritualibus, praesente Directore et duobus vel pluribus alumnis, professionem fidei juxta formam concilii Tridentini facere jubeatur, qua finita sequentes promissiones adjungat:

> Insuper promitto, me statum ecclesiasticum saecularium sacerdotum suscepturum, et eundem nunquam, etiam religionis ineundae titulo, sine expressa facultate superiorum deserturum. — Promitto insuper, me, quamdiu in seminario fuero, superioribus omnem reverentiam et obedientiam exhibiturum, legesque ac disciplinam domesticam omni studio obseruaturum. Quod si vero (quod Deus avertat) ob culpam meam ejici

meruero, aut alias ante completum tempus sine licentia discessero, polliceor, me omnes sumptus in seminario pro me factos refusurum, et pro quouis anno 50 florenos soluturum. — Promitto quoque, me, ubi e seminario dimissus fuero, operam meam curae animarum in hac dioecesi Frisingensi impensurum, nec ad aliam dioecesin unquam sine expressa superiorum licentia discessurum.

IV. Declaratur tamen, quod alumni ad harum legum seu constitutionum observantiam vi praestiti juramenti sub culpa non obligentur, sed solum sub poena, moderate per superiores infligenda, nisi quatenus jure naturali, divino aut humano aliunde obligati dignoscuntur; excepto illo, quod dicitur de suscipiendo statu clericali, aut solvendis (si quis de consensu superiorum legitime dimissus, vel ob propriam culpam ejectus fuerit) expensis; nec non de impendenda, si imposterum petatur, opera in cura animarum per dioecesin Frisingensem; ad quæ alumni vi præstiti juramenti, ne perjuri sint, sese adstrictos noverint.

§. II.
De pietate.

I. Omnes, qui in hoc seminarium admissi fuerint, ante præstationem juramenti exercitia spiritualia (facta simul confessione generali, vel a tota vita, vel saltem ab ultima generali confessione) per octiduum sub directione discreti magistri spiritualis peragant. Idipsum praestent ordines sacros suscepturi, rite atque ferventius perpendendo et suam erga Deum obligationem, et status ecclesiastici sublimitatem, officiumque sacerdotale etiam angelicis humeris formidandum; pro cujus proinde digno ministerio imposterum peragendo, suaque vocatione perfectius adimplenda gratiam spiritus sancti devotius implorent. — Ejusmodi exercitia singulis annis circa finem studiorum, habendum tempore angariarum mensis Septembris, denuo ab omnibus alumnis repetantur.

II. Ss. missae sacrificio omnes quotidie reverenter et devote intersint. Qui vero sacerdotes fuerint, debita cum praeparatione quotidie missam celebrare satagant, ea tamen lege, ut singulis hebdomadibus tres missas pro intentione

seminarii, sibi a superioribus assignanda, applicare teneantur. Celebrantes autem non modo caeremonias, a rubricis missalis Romani praescriptas, accurate observent, sed etiam pronuntiationem et quamcunque aliam exteriorem actionem juxta modestiae leges ita moderentur, ut non minus aliorum aedificationi, quam propriae devotioni serviant.

III. Officium divinum, qui in majoribus ordinibus constituti sunt, nitantur attente, devote et opportuno tempore recitare; quod ipsum etiam alii circa consuetas suas preces observabunt. Litanias vero B^mae^ Virginis et omnium Sanctorum, sub quorum tutela hoc seminarium erectum est, omnes quotidie simul praescripto tempore recitabunt.

IV. Singulis minimum mensibus omnes confiteantur, et sacram communionem devote suscipiant, quod idem etiam in solemnioribus festis occurrentibus praestent. Sacerdotes vero octauo quoque die, aut etiam saepius, sacramentalem confessionem deponant.

V. Vesperis et officiis in templo cathedrali celebrandis omnes singulis profestis solemnioribus et omnibus festis diebus intererunt, ibidemque tum cantui tum aliis ministeriis juxta ordinationem superiorum operam suam præstabunt.

VI. Meditationis saluberrimo exercitio omnes quotidie mediam horam impendent, in eoque praxin et dexteritatem pro suo aliorumque profectu et solatio acquirere conabuntur.

VII. Cum lectio spiritualium librorum ad fructuosius expeditiusque obeundas sacerdotales functiones plurimum conducat, etiam huic mediam saltem horam (plus vero diebus festis) impendent; ita tamen, ut non nisi libros professioni suae accomodatos legant, de quibus proin Directoris consilium requirere oportebit.

VIII. Singulis diebus, antequam ad somnum se recipiant, examen conscientiae accurate instituent, et praeter litanias B^mae^ Virginis, de quibus supra dictum, etiam alias nocturnas preces devote alternatim recitabunt.

§. III.

De studiis.

I. Inprimis animi puritatem custodire, et rectum in studiis intentionem habere alumni nostri conentur, nihil aliud

in his, quam divinam gloriam et animarum fructum quaerentes; et in suis orationibus gratiam Spiritus sancti, ut in doctrina proficiant, crebro petant, ut tandem idonei ad vineam Domini exemplo ac doctrina excolendam evadant.

II. Serio et constanter animum ad studia applicare deliberent, utque cavendum sibi putent, ne feruore studiorum intepescat solidarum virtutum studium, ita vicissim sibi persuadeant, nihil gratius se hoc studiorum tempore facturos, quam si cum supradicta intentione studiis se diligenter impendant.

III. Illis facultatibus singuli operam dabunt, quas superiores praescribent; praecipue tamen in theologia morali, jure canonico et controversiarum modernarum exacta notitia excellere conabuntur, utpote quarum potissimus in vinea Domini colenda usus est. Iuvabit tamen, generalia quaedam s. scripturae intelligendae et interpretandae principia hausisse, uti et doctrinas quasdam, ad mysteria fidei melius et securius explicanda necessarias, ex theologia speculatiua obiter degustasse.

Praescriptam a Directore vel Professore diuisionem temporis ac rationem studendi servent diligenter universi, nec aliis, quam ab eodem Directore sibi traditis, utantur libris.

IV. In audiendis lectionibus sint assidui, et in eis prævidendis diligentes et postquam eas audierint, repetendis, aliis vero, quae oportet, adnotandis, quo imposterum memoriae consolatur.

V. Horis priuato studio attributis domi relegant, quae vel scripserunt, vel audierunt in scholis, eaque curent intelligere, et intellecta sic examinent, ut ipsi sibi objiciant, et quae objecerint solvant; quae nequeunt solvere, adnotent ad interrogandum vel disputandum.

VI. Cum nihil utilius sit ad doctrinas memoriae firmiter imprimendas, quam frequens et fructuosa conferentia ac concertatio, has praecipue cordi habeant; ita tamen, ut in disputando modestiae semper sint memores, atque ab omni verborum acrimonia aut inordinato affectu abstinentes; ipso facto demonstrent, se solam veritatem sectari, non autem superiores in doctrina videri velle.

VII. Ut fructum hactenus descriptum facilius copiosiusque assequantur, magnam in latine loquendo facilitatem comparare studeant; ideoque extra tempora recreationis perpetuo latine loquantur.

VIII. Cum ad curam animarum fructuose suscipiendam non minus praxis, seu caeremoniarum usus, quam scientia sit necessarius; ideo tum rubricas ipsas pro missa, breviario, aliisque functionibus sacerdotalibus praescriptas callere, tum etiam modum in iis administrandis adhiberi solitum accurate discere studeant.

IX. Ad finem cujusque anni singuli ex materia eo anno praelecta per mediam saltem horam examinari debebunt, ut constare possit, qualem in scientiis praescriptis fructum fecerint. Accuratius vero simile examen subire debebunt, quando ordinem aliquem sacrum suscipere volent; tum enim testimonia sui profectus examinatoribus ad examen ordinandorum deputatis adferre debebunt.

X. Ut in concionibus habendis (quae una ex primariis functionibus sacerdotalibus merito censetur) peritiam et facilitatem majorem acquirant, aliquoties intra annum, in solemnioribus praecipue festis, unus concionem sub prandio habebit, et praeterea etiam in vicinis pagis quandoque cum Superiorum et Parochorum licentia concionabunt.

§. IV.

De morum disciplina.

I. Uniuersim quoad mores ita se gerant, ut nihil in iis appareat, quod cujusquam offendat aspectum, sed quod eorum deceat sanctitatem. Sacerdos quippe, ut recte non nemo advertit, omnibus virtutibus pollere debet, ut sit talis interius, qualis videtur hominibus exterius.

II. In specie vero silentium, velut disciplinae communis conservatricem et bonarum cogitationum nutricem, accurate obseruent; neque unquam extra tempora recreationis, nisi necessitas aut charitas id exigat (et tunc obiter et perpaucis id fiat) loquantur.

III. Quidquid unionem aut fraternam charitatem laedere

potest, sedulo caveant, ideoque ab omnibus rixis, dissensionibus, detractionibus atque indiscretis vexationibus penitus abstineant.

IV. Nullus alterum percutiat, vel etiam joco tangat, neque indecentibus nominibus compellet, sed potius ea reverentia et gravitate inter se et cum aliis conversentur, ut omnes agnoscant, eos debitam de status clericalis dignitate aestimationem concepisse. Hinc juxta monitum Apostoli (Rom. 12) *honore invicem praeveniente* non nisi sub propriis nominibus sibi mutuo loquantur, praemisso etiam (maxime si quis in ordinibus majoribus sit constitutus) honorifico titulo „Domini".

V. Nullus domo sine socio et absque Superioris facultate egrediatur. Ubi vero egrediendum fuerit, incessus sit moderatus, sine notabili festinatione, nisi necessitas urgeret.

VI. Studeant omnes, recreationis tempus religiose transigere, ne spiritus liberiori conversatione intepescat, curentque, rerum curiosarum ac ludicrarum narratiunculis amandatis, ea, quae honestos clericos decent, loqui assuescere: quo fiet, ut cum sibi quondam cum aliis ex officio erit agendum, ea colloquia miscere noverint, quae pietatem oleant et audientes aedificent.

VII. Nullum lusum suscipiant, nisi qui a Superioribus illis fuerit permissus, et in eo ab omni inutili contentione, immoderato clamore aut alia quavis indecenti actione sedulo abstineant.

VIII. Valetudinis curam diligentem omnes gerant, ideoque extra consueta mensae tempora nec comedant nec bibant sine facultate, neque indiscreto studio aut labore sanitatem laedant.

Quod si quis praeter solitum male se habere advertat, Directorem moneat et tunc medico ac aliis, qui ipsius curam gerent, perinde ut Superioribus obediat.

§. V.

De ordine diurno servando.

I. Mane media quinta omnes excitabuntur, et ubi honeste se vestierint, hora quinta litanias omnium Sanctorum

cum matutinis precibus praescriptis simul devote recitabunt; quibus finitis mediam horam meditationi impendent, et facta post eam brevi reflexione ad studia se conferent.

II. Tertio quadrante ad octavam signum ad lectiones audiendas dabitur, ad quas, si extra domum praelectae fuerint (quod videtur rationi consentaneum propter Lectores et caeteros Religiosos, qui lectionibus interererunt) ibunt et redibunt associati cum ea modestia interiore et exteriore, quae ad sui et aliorum aedificationem conveniat.

III. Completa lectione missae audiendae omnes reverenter ac devote intersint, sub qua horas minores aut alias preces recitare, aut communionem spiritualem facere poterunt. Qui vero sacerdotes fuerint, vel tunc tremendo missae sacrificio celebrando sese accingunt, aut si jam antea celebraverint, memoratas horas vel preces recitabunt. Reliquum temporis usque ad prandium impendatur tum studio, tum lectioni spirituali.

IV. Hora undecima prandium sumetur, in quo curandum, ut modestia, temperantia et decentia interius et exterius in omnibus servetur. Praemittatur benedictio, et sequatur gratiarum actio juxta praescriptum breviarii, omisso psalmo longiori, et dicto semper psalmo „Laudate Dominum omnes gentes.“ Et ut sua etiam, dum corpus reficitur, animae refectio praebeatur, lectio s. Scripturae, libri spiritualis et martyrologii per totum mensae tempus instituatur.

V. Finita mensa in cantu chorali per quadrantem horæ sese exercebunt, tum honestae recreationi eo, quo paulo supradictum est, modo vacare poterunt, nisi malint hoc tempus musico alicui instrumento addiscendo vel tractando impendere.

VI. Hora prima, dato quadrante prius ad eam signo, lectio juris canonici, quae durabit per horam. Exinde vesperae, quas una cum completorio alumni privatim recitabunt. Quibus finitis aut collegium juris canonici, aut disputatio ex jure canonico vel theologia morali, aut lectio controversistica, vel aliquot casuum conscientiae propositio alternis diebus habeatur. His absolutis respiratio per mediam circiter horam: postquam omnes simul matutinum cum lau-

dibus pro die sequenti dicent, iisque finitis privato iterum studio usque ad coenam vacabunt.

VII. Hora sexta pomeridiana coenam eo modo, quo prandium, sument; exinde per horam recreatio, tum lectio spiritualis. Quod si ratione jejunii ecclesiastici fuerit collatio facienda, eadem non excedat dimidiam horam; et a singulis alternatim sub collatione, pariter omnibus diebus sabbatinis in honorem Beatissimae semper Virginis Mariae facienda, publice habeatur narratio alicujus historiae de eadem Beatissima Virgine. Insuper post collationem non permittatur, nisi colloquium spirituale de meditatione, profectu in virtutibus, vocatione ad statum clericalem ejusque obligationibus, vita et exemplis Sanctorum et hujusmodi.

VIII. Circa horam octavam omnes insimul recitabunt litanias B^mae^ Virginis, aliasque preces nocturnas; atque instituto per horae quadrantem examine conscientiae, eoque finito in silentio cubitum secedent, ut viribus restauratis sequenti die Divinum valeant repetere servitium. Nulli autem omnino liceat exinde lumen accensum in cubiculo aut alibi retinere, excepta lampade in publico securo loco jugiter ardente, neque occulta habere conventicula, multo minus furtive e seminario egredi. Omnes insuper ex eo tempore ab omni non necessario colloquio, tam intra quam extra cubiculum, studiose abstinebunt.

IX. Diebus festis hora quinta surgent e lecto, et finitis precibus et meditatione ad missam pro communione peragenda se conferent, postquam lectioni spirituali vacabunt. Si vero dies communionis non fuerit, post meditationem studiis vacabunt usque ad tertium quadrantem octavae et tunc ad templum cathedrale se conferent, concioni et officio Divino interfuturi. Quibus finitis, lectioni spirituali aut alterius libri utilis reliquum tempus usque ad prandium impendent. Tum mensa et recreatio ordinario modo sequetur: nisi quod exercitium cantus choralis omitti queat. Hora prima conferentia et exercitium de rubricis, caeremoniis et modis administrandorum sacramentorum per horam aut amplius instituetur; quo finito legent aliquid vel notabunt, et ubi tertius quadrans ad tertiam auditus fuerit, ad vesperas se con-

ferent; post quas respirabunt nonnihil usque ad mediam quintam, quo tempore matutinum dicent, et reliqua more aliis diebus consueto peragent.

X. Diebus recreationum (quales conceduntur singulis feriis quintis aut si incidat dies festus de praecepto, vel immediate die altero subsequatur, juxta beneplacitum Superiorum feria III.) dormire licebit usque ad mediam sextam; tum peractis precibus et meditatione missam audient, eaque finita ambulare, aut aliter se recreare poterunt usque ad mediam undecimam, cujus alteram mediam horam lectioni spirituali impendent. Si vero sit dies Jovis, et processioni ac officio in cathedrali ecclesia interesse debeant, lectionem spiritualem meditationi subjungent, et post officium se usque ad mensam recreabunt. A prandio hora prima vesperas dicent, et post eas ambulare, vel aliter se recreare poterunt, usque ad mediam sextam, ubi matutinum recitabunt, et aliquid legent vel scribent pro beneplacito. — Reliqua ut aliis diebus peragentur.

XI. Ut nemo per ignorantiam ab observatione harum legum excusare se possit, inprimis in ipso seminarii ingressu omnibus legendae offerantur; dein singulis angariis super mensa legantur, et tandem in publico aliquo loco descriptæ affigantur.

Cum reservatione augendi vel minuendi Reverendissimo Domino Ordinario pro temporum necessitate*)

Josephus Clemens Elector.

(L. S.)

*) Am 26. April 1691 erließ Joseph Clemens an den Domcapitular Franz Ant. Begnudellius Bassus nachstehendes Decret: „Demnach Wir eure Personen zur Oberinspection über Unser mit Päpstlicher Authorität jüngstlich sub titulo et invocatione omnium sanctorum allhier in unserer Residenzstadt Freysing aufgerichtetes und fundirtes Seminarium gnädigst erliesen und nunmehr unsere gnädigste Intention ist, das Werk zur Perfection erheben zu lassen, als haben Wir Euch die zu dem Ende verfaßte Statuta in beglaubigten Abschriften hiemit communiciren und zugleich auch anbefehlen wollen, daß ihr nicht allein die Statuta unverzüglich introduciren, sondern auch alles

ii.

Fundations- oder Grund-Buch über das bey dem hochfürstlichen Hochstift Freysing neu aufgerichtete Seminarium.

1696.

Beschreibung all- und jeder, zu Eingangs verstandenem aufgerichteten Seminario gehörigen Grundstücke, auch anderer liegender und fahrender Güter, sodann zinsbarer Capitalien und Vermögens, welche auf die von Sr. Päpstl. Heiligkeit erfolgte allergnädigste Bullen und gemessene Anbefehlungsbreven ddo. Romae 13. Oct. 1691 von der Zeit des erfolgten traurigen Hintrittes des Hochwürdigst Durchleuchtigsten Fürsten und Herrn Herrn Albrecht Sigmund, Herzogens in Ober- und Niederbayern ꝛc. höchstseligen Angedenkens, als vom 5. Nov. 1685 sub sede episcopali vacante und unter währender Hochstifts-Administration in temporalibus des Hochwürdigen, Hochgebornen HH. Sigm. Zeller, Freyherrn von und zu Leiberstorff, Herrn in Cleinstetten, des Hochstifts Freysing Dompropsten, Erzdiakons und Domcapitularherrn, aus den von Jahr zu Jahr eingegangenen und über alle nothwendige Ausgaben zu Rest verbliebenen Hochstifts- oder Cameral-Gefällen beygeschafft oder erkauft und hiemit ermeldtes Hochstift an den jährlichen Intraden zu dem Ende verbessert worden, auf daß von diesen Einkünften das von Sr. Päpstl. Heiligkeit verordnete geistl. Seminarium, gleichwie bey anderen bischöflichen Stiftern herkömmlich, aufgerichtet und beständig unterhalten werden könne.

1. Ein ganzer Hof zu Engelschalking in der Grafschaft Ismaning.

Nach Ausweis des über des Hochstifts Freysing Einkünfte für 1686 gehaltenen Haupt-Cammerbuches fol. 241 ist dieser ganze Hof von dem Ridler-Frauenkloster s. Joannis in München einstandsweise um 1221 fl. an das Hochstift erhandelt worden. Besagter Hof enthält 14 Joch Ackerland, die mit 22 Schäffel 1 Metzen Getraid besamt werden, und 8 Tagwerk Wiesen. Seit 1666 besitzt ihn Balth. Gruber zu Engelschalking freystiftsweise und verabreicht zum Kastenamt Ismaning 3 fl. 44 kr. Pfenning- oder Wiesgilt, 4 kr. Stiftgeld, 4 Hiendl oder 16 kr., 2 Hühner oder 12 kr., 100 Eyer oder

Fleisses daran seyn sollet, damit selbe von Punkt zu Punkt unwidersprechlich gehalten vnd observirt werden."

24 kr. und 4—5 fl. Weingeld, ferner 2 Schäffel Waizen, 5 Sch. Korn, 1 Sch. Gersten und 4 Sch. Haber, in Geld angeschlagen zu 48 fl. — Die erste Nutzung ist zu Michaeli 1686 angefallen. Die ganzjährige Nutzung macht, zu Geld angeschlagen, 57 fl. 40 kr. Ueberdieß müssen auf sich begebende Gutsveränderung als Laudemium (für Anstand und Abfahrt) 80 bis 90 fl. bezahlt werden.

2. Die Schadische Behausung in der Stadt Freysing mit einem 5 Tgw. haltenden lehenbaren Anger.

Nach der Hauptcammer-Rechnung für 1687 fol. 222 ist von Sr. Churfstl. Durchl. zu Köln, Hrn. Max. Heinrich, der auf Absterben des freysingischen Bischofs Albrecht Sigmund, als dessen Hrn. Bruders, Hochdero jure haereditario zugefallene Schadische Behausung auf dem Stadtplatz in Freysing mit 5 Tagw. eines zum Hochstift lehenbaren Angers um 800 fl. angekauft und zum Seminargebäude hergerichtet worden. Die Nutzung des Angers wurde dem hochstiftischen Hoffuttermeisteramt überlassen, welches dagegen das auf dem Hause liegen gebliebene Passivcapital von 300 fl. mit jährlichen 15 fl. zu verzinsen hat.

3. Zwey bey der Hofcammer anliegende Capitalien zu 900 fl.

Laut Hofcammer-Rechnung v. J. 1687 fol. 242 hat man von der vorhanden gewesenen Baarschaft der Frau Agatha Eggin, des hochfürstlichen Cammerkassiers Conr. Egg Wittwe, zwey bey der Hofcammer in Freysing anliegende Capitalien zu 500 fl. und 400 fl. abgelöset, resp. dieselben heimbezahlt, wonach für das Seminar auf hl. Dreykönig 1688 und auf Georgi des nämlichen Jahres 25 fl. und 20 fl., zusammen 45 fl. Zinsen das erstemal angefallen sind.

4. Ein bey dem adelichen Landgut Kopfsburg anliegender, erkaufter zinsbarer Kaufschillingsrest zu 14,000 fl.

Der Fürstbischof Albrecht Sigmund hat kurz vor seinem Hinscheiden durch letztwillige Disposition dem Hochstift Freysing und principaliter jedem am Stifte succedirenden Hrn. Bischof sein aus eigenen Allodialmitteln um 117,000 fl. von dem Grafen Jakob zu Preysing erkauftes adeliches Landgut zu Kopfsburg mit Zugehör zu einem Angedenken dergestalt geschenkt und hinterlassen, daß ermeldtes Hochstift mit solcher Donation alle dabey sich bezeigende Lasten oder Schulden, insbesondere die dem Hrn. Verkäufer an dem Kaufschilling

noch nicht erlegte Summe von 14,000 fl. und überdieß die zum Kaufe von verschiedenen Personen verzinslich aufgenommenen 45,000 fl. übernehme, in welcher Weise auch besagte Herrschaft dem Hochstifte extradirt und incorporirt worden ist. Von diesen Passivcapitalien ist nun laut Hauptcammer-Rechnung v. J. 1688 fol. 321 der zinsbare Kaufschillingsrest von 14,000 fl. mittels der ersparten Hochstiftsgefälle in der Art abgelöset worden, daß die Summe von 5000 fl. an den Hrn Joh. Mar Franz Grafen von Preysing, churf. bayer. geheimen Rath, Kämmerer, Oberstthofmarschall und Pfleger zu Viechtach, als Erben seines inzwischen verstorbenen Hrn. Bruders, Grafen Jak. von Preysing, die weitere Summe von 9000 fl. aber an verschiedene Gotteshäuser in der Grafschaft Haag, an welchen der Hofmarschall dieselbe schuldete, i. J. 1688 baar hinausbezahlt wurden. Dagegen hat nun die hochstiftische Cammer zu dem Seminar alljährlich 250 fl. und 450 fl., zusammen 700 fl. Zinsen zu entrichten.

5. Die Schwaige Lappen.

Zur leichteren und füglicheren Unterhaltung der Seminaristen ist auch für gut befunden worden, auf Erwerbung einer Oekonomiewirthschaft Bedacht zu nehmen, zu welchem Ende daher die im Landgerichte Dachau bey Freymann entlegene Schwaige Lappen, welche ein Eigenthum der Pauliner-Seelmeßstiftung im Dom zu Freysing ist, leibgedingsweise auf zweyer ernannter Personen Leib laut der Hauptcammer-Rechnung v. J. 1690 (fol. 111) um 924 fl. erworben und zugleich dem vorigen Inhaber alle todte und lebendige Haus- und Baumannsfahrniß mit den vorhandenen Feldfrüchten, 407 Schafen, 23 Pferden, 30 Kühen ꝛc. um 2509 fl. abgekauft worden. Diese Schwaige hat bisher jährlich 400 bis 500 fl., sohin mehr als das Doppelte der Zinsen des Ankaufscapitals von 3465 fl., abgeworfen. Für das Seminar darf der sichere Jahresertrag auf 250 fl. angesetzt werden.

6. Ein freyledig eigenes Wiesmad-Lust nächst ob dem Dorfe Garmisch, zum Scheerhauffet genannt.

Dasselbe ist 8 Tgw. groß, erträgt jährlich 8 Fuder Altheu und 4 Fuder Grummet. Die hochfürstliche Hofcammer hat es am 11. Oct. 1687 von Jonas Resch, Bäcker in Garmisch, um 500 fl. erkauft und den beyden Töchtern des Verkäufers gegen einen jährlichen Dienst von 12 fl. und 4 dl. Stiftgeld leibgedingsweise zur Benutzung eingeräumt. In Veränderungsfällen werden als Abfahrt wenigstens

37 fl. und für Verleihung einer neuen Gerechtigkeit 100 fl. oder mehr zu fordern seyn.

7. Der adeliche Sitz Wagram, genannt Rudolphsberg, in der Herrschaft Hollenburg in Oesterreich.

Er war zum Hochstift Freysing lehenbar gewesen. Da aber das Hochstift die Caducität desselben behauptet hatte, und mit dem letzten Inhaber, Hrn. Ludw. Seb. von Imsland auf Türnstain, hierüber ein Proceß entstanden war, so hat man die Sache damit bereiniget, daß das Hochstift von dem v. Imsland Alles, was er in und ausser der Herrschaft Hollenburg an lehenbaren sowohl als eigenen dienstbaren Gütern besaß, am 24. Jan. 1689 um 4500 fl. und 50 Thaler Leihkauf käuflich erwarb. — Zu diesen Gütern gehören der adeliche Sitz Wagram selbst, ein grosser Obstgarten, 21 Tagw. Wiesen, ein grosser Nußhacher oder Gehölz, aus welchem für Nussen wohl etwas gelöset werden kann, 5 Tgw. Wiesen zu beyden Seiten des Ohrlschlags, in drey Breiten 33 Joch der besten Aecker, 5 Joch an Kagerern und 2 an Brunnbach, ein schöner Ohrlschlag oder Gestütwaide, in und um denselben ein Forellenbach, ein Lehenholz, 14 Viertel Weingarten ꝛc. ꝛc. Die jährliche Nutzung ist nach dem Ankaufscapital zu 225 fl. in Ansatz zu bringen.

8. Zwey freyledig eigene Wiesen in der Wagenbrech am Gerold (der Grafschaft Werdenfels).

Sie sind 10 Tagw. groß, einmädig und ertragen 12 Fuder Heu. — Die fürstliche Hofcammer hat sie von Georg Simon am Gerold den 27. März 1686 um 300 fl. gekauft, ihm aber gleichzeitig unter ausdrücklicher Bedingung eines Abfahrts- und Anfallsreichnisses Freystift darauf ertheilt, wonach er jährlich zu Michaelis 8 fl. an Geld und 4 dl. Stift erlegen und überdieß eine zur Pfarrkirche Mittenwald eingelegte Gült von 18 kr. selbst entrichten muß. In Veränderungsfällen sind zum Anstand und zur Abfahrt 20 bis 30 fl. zu erheben.

9. Ein freyledig eigener Acker zu Partenkirchen, der Gänslander genannt, im Stibelsfeld gelegen, mit 5 Metzen Gersten zu besamen, 256 Schritt lang und 20 breit, zu Gras zwey Fuder Heu und ein Fuder Grummet abwerfend. Die hochfürstliche Hofcammer hat ihn am 24. Nov. 1688 von Joh. Eizenberger, Fuhrmann zu Partenkirchen, um 150 fl. erkauft und ihm, resp. seinem Sohn und seiner Tochter, gegen einen jährlichen Dienst von 4 fl. und ein Stiftgeld von 4 dl. leibgedingsweise zur Nutzung belassen. Auch hier sind für

die Abfahrt und die neue Verleihung bey sich ergebenden Veränderungsfällen entsprechende Gebühren zu erheben.

10. Ein bey der hochfürstlichen Hofcammer zinsbar anliegendes, i. J. 1658 zur Erwerbung des Enzerstorferischen Taz aufgenommenes Capital von 4000 fl.

Diese 4000 fl. sind i. J. 1658 von Veit Sartorius, der Rechte Dr., kaiserlichen Rath und Reichsfiscal in Wien, gegen landesgebräuchliche Zinsen aufgenommen, i. J. 1661 auf den hochfürstlich freysingischen Hofmeister zu Wien, Lorenz Trunk, transportirt und diesem i. J. 1688 von der Hofcammer mit den ersparten Hochstiftsgefällen baar zurückbezahlt worden. Hiernach fallen die Zinsen vom Jahre 1689 an mit 200 fl. fortan dem Seminarium zu.

11. Ein dem Bräuhause in Freysing zur Vermehrung des Bierverschleisses vorgeschossenes Capital von 20,000 fl.

Um diese, aus der geistlichen Seminarmasse entnommene 20,000 fl. wurde von Churbayern das Zugeständniß erkauft, das weisse Bier aus dem Bräuhause zu Freysing an zwölf bayerische Wirthe abgeben zu dürfen. Dieses Anlehenscapital hat das Bräuhaus sofort jährlich mit 1000 fl. dem Seminar zu verzinsen.

12. Die Krameriſche Freyſtiftsbehausung mit Garten zu Ismaning wurde am 23. Oct. 1688 um 200 fl. von dem damaligen Pfleger zu Ismaning erkauft.

Dazu kommt noch ein Weiher, von welchem in das Hollenburgische Urbar jährlich 4 dl. gedient werden*).

*) Hiernach berechnete sich die Gesammtrente, welche dieser Fond abwirft, auf jährliche 2511 fl. 43 kr., nämlich:

Nr. 1	57 fl.	40 kr.
„ 2 ausser dem Hause	—	—
„ 3	45	—
„ 4	700	—
„ 5	250	—
„ 6	2	1
„ 7	225	—
„ 8	8	1
„ 9	4	1
„ 10	200	—
„ 11	1000	—
„ 12	10	—
Summa	2511 fl.	43 kr.

kk.

Schuldurkunde auf einen Zinsenbezug von jährlich 2300 fl. für das Diöcesanseminar.

24. Jul. 1696.

Von Gottes Gnaden, Wir Johann Francisc, Bischoue vnd des Heyl. Röm. Reichs Fürst zu Freysing ꝛc.

bekennen für Vnß vnd Vnsere Nachkhomen am Stüfft offentlich vnd thuen yedermeniglich zu wissen, Nachdeme die päpstliche Heyligkeit auf den in anno 1685 eruolgt zeitlichen Hintritt Vnnsers bey gedachten Stifft Hochgeehrten Herrn Vorfahrers Albrecht Sigmunds, Herzogens in Bayrn ꝛc. Christmilder Gedechtnus, denen sub sede Episcopali vacante ad temporalia verordneten Administratorn bey Vnnserm Hochstifft Freysing, gleich bey andern derlei Stiftern, ain Geistliches Seminarium oder studium aufzurichten vnd perpetuirlich nach notturft zu fundieren durch allergnädigst abgelassenes Breue de dato . . . . . annbefolchen, zu dem Endte aber die in wehrenter Administration vnd bis zu wider Antrettung aines Bischöfflichen Haupts von Jahr zu Jahren eingehente vnd yber alle Ausgaben zu entbehren stehente vnd verbleibente Hoch-Stiffts-Cammer-Geföhlen wirklich applicirt sollen werden, zu dem Endte gewisse jährliche Einkhonfften oder Erträgnußen hierumben erhandlet, oder aber andere Hoch-Stiffts-Onera von solcher paarschaft abgefiert vnd dagegen ermelten Seminario die jährliche Zinsung dargeraicht werden, alß haben Wür annstatt der, ernanntem Seminario anno 1688 zu ihrer Vnndterhaltung solchergestalten zuegelegte, vnnd bis auf dieses 1696iste Jahr genutzt vnd genossene, in Giettern, Grundstuckh vnd Interessen ab aufligenten Kapitalien bestanndtene Einkhonfften, so sich dem Calculo nach jehrlich auf zweytausent dreyhundert Gulden erstreckhen, mit Consenß vnd Einwilligung vunsers erwürdtigen Lieben Thumb Capitls berürte zwey Tausend Dreyhundert Gulden zu Capital dergestalten gemacht vnnd geschlagen, daß Wür mehrersagten Seminario von Vnnser Hochfrstl. Hof-Cammer Freysing zu ihrer Vnderhaltung jehrlich, quartaliter eingethailter vnd von St. Michaelis anfangente, gegen Schein oder durch ordentliche Abrechnung erlegen und abfolgen lassen wollen, Enntgegen angeregte Gietter vnd Grundstuckh samt dem Interesse von den Kapitalien mit allen nutzungen vnd einkhonfften gedacht Vnnser Hof-Cammer wiederumb zuegelegt werden sollen, wie es dann vnnder heintigen Dato beschehen ist. Geloben vnd verobli-

gieren Vnns vnd Vnnsere Nachkhommen, hierauf bey Vnsern Fürstl. Wortten in Crafft dieß, daß Wür mehrersagtem Seminario vnd deren Nachkhommen obverstandtene Zweytausend Dreihundert Gulden Jehrlich vnnd yedes Jahr auß gedacht Vnnsers Hoch-Stiffts-Hof-Cammer Intraden vnd Einkhonfften in guett ganngbarer Münz vnd Lanndts-Wehrung ohne allen ihren Costen vnd schaden, gegen Quitt- oder gedachter Abrechnung quartaliter eingethailter paar vnd ohne abgang richtig erlegen und bezallen lassen wollen, hierumben ermeltem Seminario Vnnsers Hochstiffts Rendt vnnd Gilten, wie die Namen haben, in genere et specie Crafft dieß verhypotheciert sein sollen. Alles getreulich ohne Geuerdte. Des zu warer Vrkundt vnnd mehrer bekrösstigung wür gegenwertigen brieff mit Vnnsern aignen Fürstl. Hanndt-Zaichen vnndt Hof-Cammer-Secrete Verförttigter außhendtigen lassen. — So bekennen auch wür Johann Sigmundt Zeller, Freyherr vonn Leiberstorf, Thumb-Probst, Franciscus Begnudelliuß Bassus, Scholasticus, Christian Graf von Königsfeld, Senior, vnnd gemaines Capitl des Hochen Thumb-Stiffts Freising, daß oberzeltes alles mit inserirten Conditionen mit Vnnserm guetten wissen vnd willen beschechen, Gereden vnnd versprechen auch darauf für Vnnß vnnd Vnnsere Nachkhommen, alles das, was in diesem brief begriffen, vnd Vnnß berühren thuett, zehalten vnd darwider nichts fürzenemmen, in kein weis noch weeg. Des zu Vrkhundt haben neben hochgedacht Sr. Hochfürstl. Gnaden Vnnsers Genedigisten Fürsten vnnd Herrns Secrete wür Vnsers Capitls grösers Innsigl (doch Vnns vnnd Vnnsern Nachkhommen in annderweeg vnnvergriffen) auch hierann gehangen.

So geschechen zu Freysing den vier vnnd zwainzigisten Julij im Sechtzechen hundert Sechs vnnd Neunzigisten Jahr.

Jo. Francisc. Bischoffe.

II.

Auszüge aus C. Meichelbecks Hist. Frising. T. II. P. I.*).

Anno 1697. (p. 423 — 425). — Inter haec longe alia cura vigilantissimi Pastoris nostri Joannis Francisci animum

*) Die Geschichte der Errichtung der lateinischen Studienanstalt in Freysing wird auch in Seb. Günthners Geschichte der literärischen Anstalten in Baiern (II. Bd. S. 266—268), in Maurus Feyerabend's Jahrbüchern von Ottenbeuren (III. Bd. S. 653, 672 u.

pulsabat. Frisinga olim dicebatur et reapse erat *mons doctus*. Decursu vero annorum eo prolapsae fuere Frisingenses musae, ut, si capacia caeteroquin adolescentium Frisingensium ingenia ultra prima latinae linguae rudimenta eluctari vellent, magnis sumptibus solum vertere et alio migrare debuerint, ingenti sane urbis et publicae ac privatæ rei dispendio. Praeterea urgebant decreta conciliorum, ac maxime Tridentini, ut in civitatibus episcopalibus instituerentur seminaria, in quibus juventus et clerici bonis artibus ac scientiis imbuerentur et ad curam animarum dextere gerendam aptarentur. Et summi quidem Pontifices idipsum apud Frisingenses urgebant ab annis fere centum aut amplius: ast sine fructu, cum vel temporum injuriae, vel etiam hominum incuriae obstitissent. Ut huic malo remedium opponeret providentissimus Princeps noster et Pontificiis mandatis morem gereret, hoc ipso anno assentiente Reverendissimo cathedrali collegio scholas erexit. Diu vero deliberatum fuit, quibus praeceptoribus scholarum illarum cura esset committenda.

---

715) und im II. Bande der hiſtoriſchen Abhandlungen der bayeriſchen Akademie der Wiſſenſchaften (München 1813) S. 345 und 346, ſo wie in Magnoaldi Ziegelbauer et Oliverii Legipontii historia rei litterariae ord. S. Benedicti, T. I. p. 373—375 erzählt. Zſchokke ſagt hierüber (Bd. IV. S. 200 u. 201) von ſeinem Standpunkte aus: „Für das erſte Bedürfniß im Leſen, Schreiben, Rechnen und Geſang hatte jedes Kloſter Baierns ſeine Schule; nicht ſo für höhere Kenntniſſe. Freyſing erwarb zuerſt (beſonders im Zeitraum von 1695 bis 1715) großen Ruhm in Bildung gelehrter Männer; dann Weyarn, Benedictbeurn, die Adelsſchulen zu Ettal und Polling. Doch auch hier führte, was gegeben wurde, das Gepräge des befangenen Kloſtergeiſtes. Man las die Schriften Griechenlands und Roms, vom hohen Sinn derſelben ungerührt, nur Redensarten todter Sprachen zu ſammeln. Weltweisheit war leeres Formenwerk, ohne Inhalt. Natur- und Länderkunde ſah man verachtet, kaum gekannt. Nirgends ward der Verſtand erweckt, überall der blinde Glaube, ſogar in der Geſchichte. Schulgerechte lateiniſche Verſe zu bauen, ohne Geſchmack und Witz, galt als edelſte Blüthe öffentlichen Unterrichts. Die Mutterſprache wußte man weder zierlich zu gebrauchen, noch recht zu ſchreiben".

Erat eo tempore in hac Episcopali aula R. P. Romualdus Haimblinger, in inclyto nostro Ettalensi professus, ss. theologiae et j. u. Doctor, quem ceu virum de se optime meritum Celsissimus Princeps inter caeteros quidem consiliarios ecclesiasticos numeraverat, reipsa vero consiliis etiam arcanioribus saepius adhibuerat. Hic clementissimo Principi autor denique fuit, ut gymnasium Benedictinis hominibus concrederetur, sub quorum cura etiam Salisburgensis universitas egregie efflоresceret. Id consilium tanto promptius audivit Celsissimus Princeps, quanto certior erat, nullos praeceptores congruentius evocari posse, nisi ex divi Benedicti ordine, cui ordini etiam ipsa Episcopatus primordia in acceptis essent ferenda. Celsissimi mentem postea approbante cathedrali collegio unanimi consensu decretum est, ut hac vice tres e monasteriis nostris Patres advocarentur, qui recens suscitatis scholis praeessent, exemplo minime inaudito, cum eruditi omnes perspectissimum sibi habeant, Benedictinorum hominum opera primas per Europam academias christianas consurrexisse et ab iis gubernatas fuisse. Itaque placuit Celsissimo Mecaenati, ex dilecto sibi Ettalensi monasterio evocare P. Carolum Bader, e Benedictoburano me indignum, e monasterio s. Viti ad Rotam prope Neoforum Bavariae P. Maurum Pfendtner, quorum primus poësin, ego syntaxin, tertius grammaticam explicaremus, et Frisingensem juventutem etiam semitam salutis edoceremus. Rudimenta eo anno docendo prosequi jussus est D. Casparus Vischer, qui jam antehac provinciam illam diutius administraverat.

Ut Frisingam pervenimus, dici non potest, quam clementi, quam placido, quam paterno affectu a Celsissimo Mecaenate fuerimus suscepti. Gratulabatur sibi etiam civitas universa, quod tandem obtinuerit id, quod tot retro annis, imo saeculis suspiraverat, initium scilicet publicarum scholarum hic loci restaurandarum, quae non juventuti tantum, verum etiam civibus ipsis ingentia emolumenta allaturæ esse dudum praevidebantur. Itaque cives, qui eousque filiolos suos sive ad Monacenses, sive Landishutanas sive alias scholas aere et incommodo suo miserant, domi subsistere et Frisingensibus magistris deinceps operam dare jusserunt.

Inter haec accidit, ut supra laudatus R. P. Romualdus Haimblinger Ettalensis in demortui Reverendissimi D. Abbatis Romani locum a sodalibus suis cooptaretur et ex hac aula domum evocaretur. Quam vero aegre tulit futuram ejus absentiam Celsissimus Princeps, tam lubens promotionem capitis sibi semper jucundissimi comprobavit. Cum postea idem Reverendissimus electus D. Romualdus Celsissimo Ordinario suo supplicaret, ut mitram Ettalensem sibi ex more clementissime dignaretur imponere, rursus cum gaudio plane singulari Episcopus annuit, eidemque (assistentibus Reverendissimis DD. Gilberto Praeposito Raitenbuchensi, Archi-Diacono nato, et Melchiore Abbate Schefftlariensi) die 3. Novembris, quae Dominica erat, in cathedrali hac ecclesia pontificalia insignia ritu festivissimo contulit. Id tanto etiam jucundius accidit Celsissimo, quanto dulcius erat, primam mitram conferre Romualdo suo.

Die illa inter festivos applausus transacta, ut Frisingensium civium gaudia fierent pleniora, placuit Celsissimo Principi atque Reverendissimo et Illustrissimo cathedrali collegio, tribus supra dictis Patribus Frisingenses scholas, in urbis meditullio erectas, publice concredere. Comparuit inter buccinarum et tympanorum laetos applausus ipse Clementissimus fundator cum universo famulitio aulico, et e cathedrali collegio plerique Reverendissimi Domini Canonici, curribus spectabili serie advecti. His accessere Reverendissimi tres Praesules, quos mox supra commemoravimus: item aliorum DD. Canonicorum, Clericorum, Religiosorum, civium ac plebis ingens multitudo, quæ, cum intra gymnasium admitti neutiquam posset, vicinum forum urbis prope repleverat. Considentibus postea Principe aliisque Reverendissimis et Illustrissimis DD. spectatoribus P. Carolus Ettalensis in schola eousque primaria e cathedra elegantissimum sermonem de scholarum utilitate atque necessitate deque optimo Principis et cathedralis collegii proposito habuit. Eo finito Reverendissimus et Illustrissimus DD. Franciscus Antonius Begnudellius Bassus, cathedralis ecclesiae Canonicus et Vicarius generalis, ceu summus Scholasticus, nomine tum Celsissimi Principis, tum totius cathedralis collegii tribus illis Patribus eorumque successoribus scholarum et juven-

tutis studiosae Frisingensis curam doctissimo sermone in perpetuum commendavit: Celsissimus vero Princeps in patronum noviter erecti gymnasii divum Corbinianum assignavit Patribusque primum Praesidem Reverendissimum D. Romualdum deputavit. Patres vero illi suo et successorum nomine tum Celsissimo Principi, tum Reverendissimo Capitulo fidem et obedientiam perpetuam humillime condixerunt.

Die proxima convocati et notati fuere discipuli, qui exhibitis studiorum morumque legitimis testimoniis, aliunde reportatis, in gymnasium admitti cupiebant. Deinceps scholis nostris datum est initium, in quibus hactenus, benedicente Domino, multi tantum fructum retulerunt, ut hodie jam videamus mitratos Præsules, Reverendissimos Canonicos, Principum Ministros et Consiliarios, et Dynastiarum Præfectos, Religiosos etiam per omnis fere generis instituta plurimos, plurimos itidem Clericos, Parochos, Decanos, virosque alios doctoralibus gradibus et cathedris insignes, qui a dicto anno Christi 1697 Frisingenses scholas frequentarunt. Quanta alia emolumenta civitati universae ab eo tempore occasione hujus Frisingensis studii accesserint, prudenti lectori arbitrandum relinquimus. Et quid unquam grandius Clementissimus Princeps cum Reverendissimo et Illustrissimo cathedrali collegio praestare Frisingensi urbi potuisset?

Anno 1705 (p. 437.) — Cum eousque prope Frisingense gymnasium nulla extaret aula, in qua pro studiosa juventute divina peragi vel solitae allocutiones ad Marianos sodales fieri possent, Celsissimus Princeps decrevit, ut in singulis Marianis festivitatibus Praeses sermonem haberet in bellissima ecclesia s. Spiritus, ad quam etiam sodales se conferre jussi sunt.

Anno 1707 (p. 439). — Eodem anno structurae aulae gymnasticae initium dedit.

Anno 1708 (pag. 441). — Operam etiam operosissimam dedit Celsissimus Princeps, ut non solum aula gymnastica ad desideratam perfectionem bellissime perduceretur, verum etiam, ut ibidem praeparetur theatrum insigne, ubi anno sequenti comico opere acta divi Nonnosi possent specta-

toribus exhiberi. Totius negotii curam in se suscepit Reverendissimus D. Wolfgangus (Rinswerger), Michaelfeldensis Abbas.

Anno 1709 (p. 442—449). — Steterat etiam jamjam in nova aula gymnastica theatrum insigne, dirigente totum opus Rev^mo Dno. Wolfgango, a duobus ordinis nostri fratribus laicis (Luca Benedictoburano et Carolomano Weihenstephanensi) egregie depictum. — Die 3. mens. Sept. sublata mensa placuit Celsissimo, cum omnibus suis hospitibus ad gymnasii aulam sese conferre ibique interesse ludo scenico, vitam, inventionem ac translationem beati Nonnosi admirando prorsus ingenio et artificio in novo novae aulae gymnasticae theatro repraesentanti, cujus, ut diximus, felicissimus autor fuit Reverendissimus D. Wolfgangus, ab ejusmodi artificio comico dudum celebratissimus, cui etiam ea praecipua laus omni jure debetur, quod collatis ad universam festivitatem pene immensis laboribus caeteros quoscunque longe superaverit, a nemine, nisi Deo, condignam mercedem recepturus. Dici vix potest, quantum applausum opus illud comicum sibi pepererit.

Quarta die Septembris, cum ex nimiis laboribus vix non periclitaretur recens memoratus Reverendissimus D. Abbas Wolfgangus, ejus loco in cathedra comparuit admodum Reverendus et clariss. P. Franciscus Josephus Talhamer, ordinis eremitarum s. Augustini, ss. th. Dr., eo tempore Prior et Provincialis, qui divum Nonnosum velut pretiosam margaritam insigni panegyri commendavit. Sacris postea ritu pontificio operatus est Reverendissimus D. Quirinus Tegernseensis.

Sumpto deinde rursus in palatio episcopali prandio iterum ad aulam gymnasii hora tertia decensum est, ubi assertiones ex universae theologiae tractatibus selectas publicæ concertationi inter buccinarum ac tympanorum festivos applausus exposuit P. Henricus Hardter Emmerammianus, in studio Benedictino-Bavarico ss. theologiae et controversiarum fidei Professor ordinarius, respondente D. Bennone Zaisberger, Canonico regulari Beyrbergensi, cujus Reverendissimus D. Praepositus theses illas Celsissimo Antistiti nostro humil-

lime inscribi jusserat. Impugnabant dictas assertiones theologicas quatuor praestantes theologi, et ejusmodi publicis scholasticis exercitationibus dudum assueti, Reverendissimi scilicet Placidus Frauencellensis, Magnus Benedictoburanus, Placidus Ettalensis et Benedictus Schyrensis Abbates. Fructus universae concertationis fuit, Celsissimum Principem et totam auditorum frequentiam mire recreasse et maximam sui aestimationem omnibus impressisse. Itum deinde rursus ad coenam, in palatio episcopali more consueto ministrandam. Caeterum hodie singulari invitatione a Celsissimo vocati advenere Reverendissimi DD. Aemilianus Rotensis et Cajetanus Attilensis Abbates, quos communis laetitiae non minus quam hactenus laudatos Abbates participes esse voluit Clementissimus Patronus.

Quinta Septembris die cathedram subiit Reverendissimus D. Placidus, Abbas Ettalensis, dudum in cathedris scholasticis versatus et encomiastes disertissimus, qui beatum Nonnosum igni a Nehemia reperto eruditissime comparavit, minime mutus in laudes Celsissimi. Panegyri rem divinam subjunxit Reverendissimus D. Frauencellensium Abbas pontificio ritu. A prandio rursus exhibita et repetita comœdia nupera, adjuncta inter studiosos consueta praemiorum distributione, omnium animos, satiari ferme nolentes, mirifice exhilaravit.

Sexta die Septembris pro concione dixit e Societate Jesu vir celeberrimus P. Franciscus Xaverius Amrhyn, ad divum Michaelem Monachii concionator ordinarius, publice e cathedra testatus, praereptum sibi fuisse ab hesterno Reverendissimo D. encomiaste thema ex Machabaeorum libro. Quo tamen nihil obstante, Frisingensium felicitatem suavi quodam dicendi genere insigniter depraedicavit. Summum officium postea celebravit Reverendissimus D. Maurus Abbas Andecensis, pontificium ornatum indutus. Prandio finito rursus in aula gymnasii nova parabatur theologica concertatio, divi Nonnosi imagine Weihenstephanensibus sumptibus expressa, cui propositiones propugnandae fuere insertae. Praesidis munus subiit P. Alphonsus Wenzl Mallerstorffensis, in communi studio supra memorato ss. theologiæ et scripturæ

sacrae Professor ordinarius, cujus theologiam quatuor tomis comprehensam hodie literati venerantur. Defendentis vero partes cum laude explevit P. Gregorius Lochner, Weihenstephanii professus. Primum inter oppugnantes locum nomine Reverendissimi ac Celsissimi Archi-Episcopi et Principis Salisburgensis habuit Reverendissimus et Illustrissimus D. Leopoldus Antonius Eleutherius L. B. de Firmian, Dominus in Cronmez et Neggl, metropolitanae ecclesiae Salisburgensis Canonicus et B. Virginis ad Nives Praepositus, futurus ipse dignissimus Salisburgensium Archi-Episcopus. Cui proximus fuit Reverendissimus D. Placidus Abbas Ettalensis, Celsissimi Antistitis nostri personam referens. Secuti sunt Reverendissimi DD. Placidus Frauencellensis et Benedictus Schyrensis Abbates. Ultimus argumentum proposuit Reverendissimus D. Ildephonsus Abbas Weihenstephanensis, cujus liberalitati theses illae aeri incisae debebantur, quibus omnibus denique P. Alphonsus, disputationis Praeses, dicta facundissima et ingenio plena gratiarum actione, coronidem imposuit, eoque pacto inter tympana et buccinas disputationem gloriosam terminavit.

Septima die Septembris potuit demum ex laboribus suis ingentibus in cathedra comparere Reverendissimus D. Wolffgangus, cui caeteroquin tertius inter praecones recensitos locus debebatur. Comparuit sane, et comparuit talis, qualis comparere velle censendus est is, qui tot annis antehac in universitate Salisburgensi ac postea Frisingae eloquentiae Professor extitit. Scopus elaboratissimae panegyris erat, ut Divum Nonnosum olivae, qualem manibus illius Sancti pictores recte inserunt, supparem probaret, quod is etiam scitissime demonstravit.

E Professoribus nostris Frisingensibus eodem tempore P. Gregorius Zoedl Benedictoburanus, poëseos Professor, praelo et omnium oculis subjecit opusculum, cui titulum praefixit: *Occultum Frisingae praesidium, tandem post aliquot saecula manifestatum,* in quo praeclaro ingenio et jucundo sex metrorum certamine divi Nonnosi eousque non agnita beneficia, urbi Frisingensi praestita, suavissime cecinit, ingentem sibi laudem inter melioris venae poëtas magno suo merito consecutus. Studiosæ juventuti eo anno ob me-

moriam ejus festivitatis ferias literarias Celsissimus usque ad Kalendas Novembris produxit.

Cum eo anno mense Novembri ad scholas remeassent Frisingenses studiosi, mandante Clementissimo Principe et consentiente collegio cathedrali scholis humanioribus accessit Dialectica, quam ibidem (prius enim sublimiora studia a Patribus ord. s. Francisci tradebantur) primus docere incepit P. Anselmus Braun Mallerstorffensis, jam dudum alibi in cathedris philosophicis egregie versatus. Et hoc erat primum sublimiorum disciplinarum apud nostrates initium.

Anno 1710 (p. 450). — Inter haec Celsissimus Princeps die 13. Martii ejusdem anni in aula gymnasii aram primariam in honorem Deiparae Virginis absque originaria labe conceptae, die 17. altare s. Angeli Custodis, die 18. altare divae Catharinae erigi jussit. Die postea 21. ejusdem mensis, divo Benedicto sacra, summum officium ad eandem aram primariam accinentibus phonascis aulicis magnifice celebravit; postea vero in triclinio gymnasii prandere et hospites e collegio cathedrali et aulico ministerio selectos, uti etiam Patres Professores, mensae adhibere dignatus est.

In Frisingensi gymnasio hoc primum anno etiam Physica explicari coepta est a P. Anselmo Braun Mallerstorffensi, superius jam laudato; in cathedra vero Dialecticae eidem suffectus est P. Bernardus Schallhamber Tegernseensis.

Anno 1713 (p. 455). — Celsissimus Antistes noster assentiente universo collegio cathedrali tempore autumnali ad initium anni scholastici scholis hactenus erectis munificentia Principe digna etiam junxit alias duas cathedras, in quarum una sacri canones, in altera vero theologiae mysteria explicarentur. Canonum cathedram primus ex nostris obtinuit P. Romanus Christmann Steyrgarstensis, theologicam vero P. Anselmus Braun Mallerstorfensis. Ita scholis nostris deinceps Lycei nomen haud immerito fuit inditum. — Porro Frisingensibus studiosis eodem anno vetitum fuit, ne deinceps alias scholas frequentarent, quam nostras publicas, eo utique prudentissimo consilio, ne imposterum ea evenirent incommoda, quae inter studiosos diversis Rectoribus ac studiis addictos emergere solent.

